



Te
444



15. 36
JOHANNIS AUGUSTI REUSS,
J. U. D. SEREN. WURTEMB. DUCI A CONSILII AULÆ
ET PROF. JURIS PUBL. IN ACADEMIA CAROLINA
PUBL. ORD.

1784
COMMENTATIO
JURIS PUBLICI
DE
MUNITIONE
VIARUM PUBLICARUM

(vulgo: Chausséebau)
TAM TERRITORIALI, QUAM CIRCULARI.



He 4444

—*—*—
TUBINGÆ,
APUD JOHANN GEORG COTTA,
MDCCLXXXII.



JOHANNES AUGUSTUS REUSS
VON SCHLEISSEN, FÜRSTLICHES
BIBLIOTHEKARIUS
LEIPZIG


COMMENTATIO
DE

MUNITIONE
MUSEI PUBLICI

(VON JOHANNES AUGUSTO REUSS)
LEIPZIG



LEIPZIG
VERLAG VON G. O. BORN
1824





DE MUNITIONE VIARUM PUBLICARUM.

- I.) GENERALIA QUÆDAM (SECT. I.) præmittuntur; nimirum, prævia instituti ratione (§. I.)
- A.) Definitio rei (§. II.)
 - B.) Etymologia vocis Chaussée (§. III.)
 - C.) Momenta historica de hac re
 - 1.) origo munitionis in Gallia (§. IV.)
 - 2.) historia illius in Germania (§. V.)
 - D.) Principia juris publici generaliora, quibus
 - 1.) ponitur, politiæ partem esse muniendarum viarum publicarum curam (§. VI.) quare, cum triplex sit Germaniæ politia (§. VII.)
 - 2.) disquiritur, quid speciatim in hac re fit juris atque curæ
 - a.) universo imperio (§. VIII.)
 - b.) singulis territoriis (§. IX.)
 - c.) integris circulis (§. X.)
 - E.) ordinis, quo hæc materia tractetur, ratio. (§. XI. XII.)
- II.) Specialior tractatio
- A.) DE POTESTATE IN MUNIENDIS VIIS PUBLICIS TERRITORIALI, (SECT. II.)
 - 1.) Statuum imperii,
 - a.) cum nec ipsa superioritas territorialis, nec jus viarum, in dubium vocatur
 - a.) absque respectu jurium vicinis in territorio quæstorum (§. XIII.)

8.) nec limitum, quos singulorum territoriorum leges fundamentales ponunt, ratione habita (§. XIV.)

a.) de potestate in muniendis viis publicis generatim (§. XV.)

b.) de singulis ejus partibus:

A.) in adornanda atque conservanda viarum munitione potestatis territorialis est,

I.) munitionem viarum publicarum decernere, (§. XVI.) eamque tam

II.) legibus (§. XVII.) quam

III.) inspectione territoriali atque institutis peculiaribus adornare. (§. XVIII.)

IV.) vias muniendas earumque directionem definire (§. XIX.); & vel

V.) novas instituire vias, quod, cum dubium videatur nonnullis, fusius pertractatur; nimirum

i.) auctoris sententia proponitur, qua potestati territoriali, additis limitibus, id juris vindicatur; quare

aa.) regula datur (§. XX.) deinde

bb.) limites ponuntur

aaa.) generatim (XXI. XXII.)

bbb.) speciatim

a.) cum vicinis in via antiqua, cui per novam derogatur, jus vectigalium est (§. XXIII.)

b.) cum via nova in damnum viæ publicæ imperii vergit (§. XXIV.) denique

cc.) firmatur regula (§. XXV.)

2.) vindicatur ea contra principia MÜLLERI, cujus

aa.) sententia (§. XXVI.) ejusque argumenta (§. XXVII.) dantur, eaque

bb.) refelluntur (XXVIII. XXIX. XXX.)

VI.) jus eminens in prædiis civium exercere,

I.) per

- 1.) per quæ nova via dirigitur (§. XXXI.)
2.) quæ materiam gignunt ad munitionem aptam (§. XXXII.)

VII.) ut facta viarum munitio rite conservetur, legibus aliisque institutis (§. XXXIII.) cavere.

B.) in conferendis, qui in munitionem ejusque conservationem impendendi sunt, sumtibus

I.) quænam eorum, quibus antiquum fuit vias reparandi onus, jam obligatio fit? (§. XXXIV.) deinde

II.) qua ratione reliquis sumtibus ex potestate territoriali prospiciendum fit? (§. XXXV.) disquiritur; qua in re

1.) quoad sumtus ab ipsa republica conferendos
aa.) in territoriis, quibus monarchica formula est,

- aa.) generatim examinatur
a.) quid principis fit? (§. XXXVI.)
b.) quid cives conferre teneantur, tam
A.) pecunia (§. XXXVII.) quam
B.) opere (§. XXXVIII.)

BB.) quæ vero de diversa singulorum territoriorum ratione dicenda forent, vel tanguntur (§. XXXIX.) Denique

bb.) in civitatibus imperii quomodo se res habeat, additur (§. XL.)

2.) quoad sumtum partem iis, qui via utuntur, imponendam; sive instituendum calceaticum (Chausséegeld) (§. XLI.)

aa.) quod ex potestate territoriali exigi illud liceat, adferitur; quare

aa.) removetur dubium, quod ex capitul.

tul. cæf. art. VIII. §. II. oritur (§. XLII. — XLIV.) deinde

ββ.) argumenta, quæ probent sententiam, subjunguntur (§. XLV.); quibus positis,

bb.) speciatim agitur

aa.) de ipsa, utrum expediat calceatici institutio? judicandi atque decernendi facultate territoriali (§. XLVI.)

ββ.) de legibus ac institutis territorialibus (§. XLVII.)

γγ.) de iis, a quibus exigī illud liceat (§. XLVIII.)

δδ.) de summa hoc nomine exigī licita
α.) principia (§. XLIX.)

β.) exempla (§. L.)

εε.) de multa in eos, qui solvere illud negligunt, statuenda (§. LI.); ubi, an usu aliarum viarum aurigis aliisque ideo interdicti possit, simul disquiritur.

ζζ.) de immunitate ab ejus præstatione. (§. LII.)

ηη.) de jure abolendi iterum calceatici exactionem (§. LIII.)

ζ.) de limitibus potestati territoriali in singulis provinciis per leges fundamentales positis (§. LIV.)

α.) de limitibus, qui ex juribus vicinorum statuum in territorio quæsitis oriuntur

α.) generatim (§. LV.)

β.) speciatim

1.) in viis demum *muniendis*

a.) cum pactis cum vicino initis definita est antiquæ viæ directio (§. LVI.)

b.) cum

- (LXX) b.) cum jure viarum publicarum vicino jura in territorio
quærita sunt (§. LVII.)
c.) cum vectigalium (§. LVIII.) vel
d.) conducendi jure in territorio gaudet vicinus (§. LIX.)
2.) in conservandis viis jam munitis (§. LX.)
b.) cum de jure viarum vel ipsa tota superioritate territoriali con-
troverfia inter plures agitur (§. LXI.)
2.) applicatio ad nobilitatem in Suevia, Franconia Rhenique terris ali-
isque immediatis (§. LXII.)

B.) DE POTESTATE IN MUNIENDIS VIIS PUBLICIS CIRCULARI (SECT.
III.) de qua re

- 1.) historice præmittitur, quibusnam circulis cura hujus rei communis
fit (§. LXIII.)
2.) in consideratione autem juridica
a.) de potestate circulorum generatim aliqua præmonetur (§. LXIV.)
deinde
b.) de muniendarum viarum publicarum negotio
α.) ponitur, *particularibus* circulorum negotiis illud adnumerandum
esse (§. LXV.) ex quo, quantum generatim potestatis illis in
hac re fit, derivatur (§. LXVI.)
β.) speciatim per singulas partes itur
N.) de iis, quæ circulari munitioni cum territoriali communia
sunt (§. LXVII.)
2.) de iis, quæ in circulari munitione singularia sunt
a.) in interna singulorum circulorum compage,
A.) in se spectata,
I.) de modo, quo in hac re, quorum interest, concur-
runt (*die Concurrentz*)
1.) generatim (§. LXVIII.)
2.) speciatim
aa.) ordines inter se (§. LXIX.)
bb.) cum nobilibus aliisque immediatis (§. LXX.)
II.) De

- II.) De plurium suffragiorum vi & efficacia (§. LXXI.)
- III.) De reliquo hanc rem tractandi modo, speciatim de quadrantibus in Sueviæ circulo, *Krayssvierteln* (§ LXXII.)
- B.) de limitibus potestatis territorialis ex instituto circulari (§. LXXIII.)
 - b.) in nexu plurium circulorum inter se (§. LXXIV.)

C.) DE JURIBUS IMPERATORIS ATQUE IMPERII IN MUNITIONE VIARUM, TAM TERRITORIALI, QUAM CIRCULARI (SECT. IV.) ubi, præmissis monito generali (§. LXXV.)

- I.) quænam in omni hac materia generatim jura sint
 - a.) Imperatoris atque imperii (§. LXXVI.)
 - b.) Imperatoris speciatim (§. LXXVII.)
 - c.) judiciorum imperii (§. LXXVIII.) examinatur, deinde
- 2.) speciatim quænam in exigendo calceatico ex legibus universalibus statuendæ sint immunitates, subjungitur, atque ita
 - a.) de immunitate statuum eorumve ad conventus imperii legatorum (§. LXXIX.)
 - b.) de immunitate personarum cameralium (§. LXXX.) &
 - c.) de immunitate membrorum consilii imperialis aulici (§. LXXXI.) agitur.



SECTIO



SECTIO PRIMA.

De munitione viarum publicarum generatim.

§. I.

Ea est hac nostra ætate in plerisque provinciis politicæ commerciorumque cura, ut, quæ plurimis in locis fere in via fuit olim Germania nostra, magnam partem *viis munitis* (*Cbauffées*) pervia jam sit. Novum hoc institutum superiori adhuc seculo apud nos incognitum non potuit non novis quoque juribus atque obligationibus causam dare, novamque imprimis juri viarum publicarum regali formam addere. Vix enim innotuit præclara vias muniendi ratio, cum & Imperatores FRANCISCUS I. &, quo jam Germania gloriatur, JOSEPHUS II, laudabili studio hanc rem curæ cordique habuerint; & ordines

A

dines

dines Imperii, mutuo quasi certamine, tam in permultis territoriiis, quam in nonnullis Imperii circulis, in eo studia ac labores posuerint, ut viæ publicæ munirentur. Dignum igitur illud erit, quod penitus confideretur atque commentatione artificiose quodammodo digestum componatur. a) Varia autem est ejus rei ratio. Alia est *mechanica* atque *economica*, alia *politica*: *historica* alia, alia *juridica*. Equidem, missis reliquis, eam duntaxat hujus rei partem amplectar, quæ juribus atque obligationibus ad *ius publicum* spectantibus absolvitur, nobilitatem eam forte, si, quæ summorum imperantium jura concernunt, nobiliora videantur dicenda. Qua in re ita versabor, ut, si a paucis his recesseris, quæ de etymologia vocis *Chaufée* & origine munitionis viarum præmittenda videantur, nihil admisceam alieni. Falluntur itaque, qui de Romanorum viis publicis ac militaribus verba me facturum fore expectant; falluntur, qui antiquis regum Francorum legibus locum hic quendam esse arbitrantur; falluntur, qui, quænam medio ævo in Germania fuerit viarum publicarum facies, hic quærunt, & vel in exterarum gentium instituta, & quæ forte ad finia nonnullis videntur, alia orationem excursuram opinantur. Aliena hæc omnia a scopo sunt, Nolim enim extra oleas vagari, aut, qui nonnullis mos est, superflua eruditionis ostentatione ineptire. Ceterum vix laborem attigeram, cum limites commentationis academicæ excedentem eum sentirem uberioreque tractatione dignum. Cui cum nec temporis ratio par fuerit, nec dissertationis finis responderit, tantum abest, ut, quam subjectam mihi habeo, materiam latissime diffusam & illustris argumenti, totam exhauserim, ut potius ad præcipua tantum capita digitum intenderim; alio forsitan tempore, si prænuncia hæc explicatio haud ingrata fuerit, ampliore libello rem persecuturus.

a) Unam

- a) Unam novî, quæ de hac re ante aliquot annos prodiit, commentationem, nimirum Gottlob Theodor. MULLERI Diss. de eo, quod justum est circa vias publicas & militares in Imperio Romano-Germanico, speciatim in Suevia, exstruendas, Gieslæ 1776. cujus sectionem priorem *antiquario-historicam*; posteriorem *juridico-pragmaticam* auctor inscripsit. Sectio posterior duobus capitibus, altero jura atque obligationes circa vias jam exstructas, altero circa vias demum exstruendas exponit. Pauca tamen hæc disertatio continet, quæ *munitionem* viarum viasque *munitas* speciatim concernunt; si ab ultima illius parte, qua de jure circa vias exstruendas, in Suevia speciatim, commentatur, discesseris. Qui de viis publicis generatim jure regali generatim scripserunt, cum ne tangant quidem ea, quæ de *munitis* viis speciatim dicenda forent, sejunctos a re proposita esse arbitror. Titulos librorum exhibet bibliotheca Lipenio-Jenichiana ejusque continuatio sub voce; *via publica*.

§. II.

Cum de *munitione viarum* (*von dem Chaussëebau*) commentari animus sit, præmonendum duco, in definienda hujus scriptionis materia duo esse, quæ considerentur necesse est. Scilicet me nec de viis publicis generatim agere, nec de munitione viarum, nisi publicarum, loqui. Sub *viis* autem *publicis*, quo nomine certo respectu etiam *vicinales* in territoriis Germaniæ insigniri possunt, hoc loco vi magis circumscripta eas intelligo, quæ Romanis *regiæ* seu *consulares*, Gallis *des grands chemins*, nobis vero in vernacula nostra *Heer- und Landstrassen*, audiunt.

Via igitur publica munita, Gallice *Chaussëe*, est *via jussæ latitudinis, lapidum congerie strata, aggerata, fossisque ex utraque ut plurimum parte instructa.* a) Justa autem erit latitudo, quæ tanta est, ut, præter spatium ex utroque latere illis relictum, qui equis vehuntur aut pedibus iter faciunt, duxæ vecturæ



ræ majores (*Last - feu Gütermägen*) sibi obvix in profequendo itinere non impediatur. *Exstructionem* igitur hujusmodi viæ *munitioem* illius voco, cum & Romani olim tales vias *munitas* vocare confueverint.

- a) Qui viarum munitarum *architecturam* nosse cupit, adeat libros, qui hac de re in lucem prodierunt; nimirum 1) *Gautieri* libellum, qui lingua Gallica primum prodiit, deinde in vernaculam nostram translata, cum inscriptione: *Des Herrn GAUTIER, ehemaligen Königl. Französischen Ingenieurs und Aufsehers über die Brucken, Dämme, Land- und Stadistrassen &c. Tractat von der Anlegung und dem Bau der Wege und Stadtstrassen, aus dem Franz. übersetzt und mit Anmerkungen erläutert von einem Herzogl. Braunschweig- und Lüneburgischen Officier und Ingenieur, mit Kupf. Leipzig 1759. 8.* Nova editio Lipsiæ prodiit 1773. nihil autem, quantum video, mutata. Primus ille est, qui hac de re scripsit. Recensio libelli, iniquior tamen, ut videtur, exsit in *Actis Eruditorum Lipsi.* ad ann. 1718. mense Jun. p. 288. 2) du PONT *von Verbesserung der Strassen*; 3) Continuation du traité de la police de Mfr. de la Mare Tom. IV. a Paris 1738. fol. in qua Lib. VI. Tit. XIII. qui inscribitur *des grands chemins, des ponts & Chaussées*, uberrime de Gallorum institutis egregiis & speciatim etiam de ratione construendi vias publicas agitur. 4) de PLUCHE *Vorschläge zu Ausbesserung der Wege in Franken; mit Haunns Anmerkungen*; 5) Anonymi Saxonis *Tract. von Bau und Verbesserung der Landstrassen*; quibus in primis; 6) addendus est, qui novissime prodiit, libellus sub Tit. *Christ. Fried. von LÜDER vollständiger Innbegriff aller bey dem Strassenbau vorkommenden Pöble, samt einer vorausgesetzten Weg-Geschichte und einem Verzeichnis der unentbehrlichsten Weg-Gesetze, mit 16. Kupfern, Frankfurt 1779. 8.* & 7) *Dictionnaire universel des sciences morale, economique, politique & diplomatique, ou bibliotheque de l'homme d'etat & du citoyen, mis en ordre & publié par Mfr. ROBINET; Tom. XI. (à Londres 1779.)* voce *Chemins*, ubi fusius etiam de munitioe viarum, speciatim in Gallia, agitur. Juvabit etiam leges territoriales (*Chausséeordnungen*) conferre, cum nonnullæ etiam leges mechanicas in munitioe viarum doceant & præscribant. Quos nr. 2. 4. & 5 nominavi, libellos inspiciendi copia mihi non fait. Allegat eos LUDERUS §. 117. p. 62.

§. III.



§. III.

Gallicam vocem: *Cbauffée* errant, qui novum nomen novæ rei datum esse autumant. Quam perantiquam potius esse certum est. Non enim in legibus sec. XVI. aut XVII. de-
mum occurrit, sed in legibus sub initium sec. XV. latis eam jam deprehendi eadem ratione scriptam, qua nunc scribere solemus. a) De origine autem atque originaria significatione hujus vocis non inter se conveniunt, qui studio etymologico linguæ Gallicæ operam dederunt. Sunt, qui eam, ad similitudinem vocis *levée* a *lever* ortam, a voce *bauffer* derivandam, in ore vulgi autem in *Cbauffée* depravatam esse putant, quibus igitur originarie idem ac *chemin élevé* significare videtur, ideo sine dubio, quod *les Cbauffées* e terra sublatæ esse solent insuperque in medio elevatæ, ex utraque autem parte depressæ. b) Errant vero illi, quamvis plus speciei primo certe obtuitu eorum opinioni inesse videatur, quam veræ derivationi. Recte contra sentiunt, qui ex voce *Calceja* seu *Calciata* eam deducunt. quam, teste DUCHAT c) primum in *Cbaulcée* mutarunt Galli, ex quo deinde rejecta litera l. *chaucée* seu *chaucbiée*, tandem *Chaucée* & *Cbauffée* fecerunt. Sæpissime scil. in monumentis mediæ & infimæ latinitatis occurrunt vocabula: *Calcea*, *Calceja*, *Calceare*, *Calciare*, *Calceata*, *Calciata* & quæ sunt reliqua. *Calcea* & *Calceja* denotat quemcunque aggerem ex gr. in littore, per stagnum, in via &c. factum, atque ita inprimis etiam *viam stratam*. Verbum *calceare* seu *calciare*, idem significat, ac *aggerem* atque ita etiam *viam stratam facere*; *calciatum* igitur vocabatur, quicquid aggere munitum fuit. Hinc in chartis mediæ ævi legitur ex. gr. *via calciata*, *littus calciatum*, *Cheminus calciatus*, *calciata* & *strata regia* rel. sæpius vero etiam, omissa voce: *via* substantive occurrit *calciata*. Quorum omnium qui documenta desideraverit, adeat, si placet, du FRES-

NE Glossarium. A voce autem *calcea* aut *calceata* derivandam esse Gallicam vocem *Cbaulcbée*, post *Cbaucée* & *Cbauffée*, facilius concedet, qui perpenderit, familiare fuisse Gallis, latinorum syllabam: *cal* in *chaul*, *chau* mutare, ad quod probandum provoco ad voces *chaulx*, postea *chaux* ex latina: *calx*; *chaud* ex *calidus*; *chauffer* ex *calefacere* seu potius *calfare*; *chaume* ex *calamus* rel. ortas. Inprimis etiam ex literis patentibus Ludovici Galliae regis 23. Dec. 1499. emissis fatis superque apparet, vocem *Cbauffée* derivandam esse ex voce *calceata*. Scilicet in literis istis latino idiomate scriptis saepissime occurrit hæc vox ita, ut dubitari nequeat, quin, si gallice exaratæ fuerint, illius loco vox *Cbauffée* adhibita fuisset. Legitur ibi ex. gr. „li-
 „cet dicta pedagia, transversa & vectigalia antiquitus pro
 „reparationibus & intertenemento *Calceatorum*, pontium, iti-
 „nerum & passagiorum — ordinata fuerint rel. Deinde paulo post: „Insuper præfati Domini pro terrarum & dominio-
 „rum suorum redditus augmentando *pluves stagnorum calcea-
 „tas*, exclusasque aquarum retentiones de novo facerent &c.” porro; „supradictas *calceatas*, pontes, itinera, passagia & vias
 „in nostris districtibus existentes disruptas & in minus decenti
 „reparatione & statu fore” rel. d) Eo minus autem dubia est significatio vocis *calceata* cum voce *Cbauffée* synonyma, cum paulo post, nimirum in litteris patentibus 20. Oct. 1508. emanatis, *Calceata* Gallica voce *Cbauffées* exprimantur, ex. gr. in verbis: „de voir ou faire voir & visiter tous Chemins, *Cbauffées*,
 „ponts, pavez, ports & passages du Royaume &c. e) Ceterum in examinanda vocis *calceata* derivatione etymologica non ero longus. Sunt, qui a *calce*, quam Galli *chaux* dicunt, derivandam volunt, quod ejusmodi viæ calce & lapidibus munitæ esse soleant; f) quam quidem opinionem a vero remotissimam esse arbitror. Alii a *calcibus* seu a *calcando* illam reputant, g) quorum sententiam vel ideo haud rejiciendam esse puta-

puta-

putaverim, quod occurrat etiam aliquoties vox *calcata* eadem significatione, qua *calciata*; & præterea ex nonnullis documentis appareat, medio ævo nonnunquam voci *calciare* eandem tributam fuisse significationem, quæ est vocis *calcare*. Alii denique a *calceando* dictas esse calceatas putant, b) quod quasi *calceo* muniantur ejusmodi viæ contra injuriam plaustrorum & itinerantium, ita ut hac derivandi ratione via munita in vernacula nostra *ein beschlagener Weg* vocari possit. Eligat lector, quicquid vero ipsi familius videtur.

- a) Occurrit ex. gr. dans l'ordonnance de Charles VI. du mois de Mai 1413. art. 247. ubi ita: „pour ce que nous sommes souffissamment acertenés, que en nostre dit Royaume — à aussi plusieurs „Chemins, *Chaussées* & passaiges tels que bonnement on n'y „puet passer sans tres grans inconveniens ou dangiers &c. Continuation du traité de la police de Mfr. de la Mare Tom. IV, Liv. VI. Tit. XIII. Chap. IV. Sect. II. p. 494.
- b) Estienne PASQUIER dans ses recherches de la France. Lib. VIII. Cap. 62.
- c) Ita scilicet ille: „On prononçoit autrefois *Chaulchée*: ce qui me donne lieu de croire, que ce mot pourroit bien avoir été fait de *calcata*, venant de *calco*, as. Froissart Vol. I. fol. 114. V. edit. de J. Petit. *pour ce y eut sur la chaulchée devant la porte grand horribleté de gens occis, navrez & abbatuz*. Mat. de Coucy, pag. 627. & 628. de son Hist. ch. 7. edit. de 1661. a dit *chauchée* pour *chauffée*. in MENAGE Dictionnaire etymol. de la langue Francoise Tom. I. voce: *Chaussée*.
- d) integrum documentum legi potest dans la Continuat. du traite de la police de Mfr. de la MARE, Tom. IV. Liv. VI. Tit. XIII. Chap. IV. Sect. 2. p. 495.
- e) all. loc. pag. 496.
- f) Vid. de hac derivandi ratione MENAGE Dictionn. etymol. de la langue Franc. Tom. I. voce *Chaussée*.

g) Ber-



- g) BERGIER dans son histoire des grands chemins des Romains Liv. III. chap. 54. Eandem sententiam fovet CASENEUVE in MENAGE Diction. all. loco.
- h) SPELMANN in Glossar. voce: *Calceja*.

§. IV.

Originis munitionis viarum publicarum, si scilicet verum illius nostra ætate adeo frequentatæ initium spectemus, ultra nostrum seculum vix ascendit memoria. Constat quidem inter omnes, quam splendida olim fuerint atque vere augusta Romanorum instituta in extruendis stupendo labore viis publicis atque militaribus, de quibus vero, quod in aditu libelli jam monui, hic loqui instituti non est. Neque negari potest, haud defuisse etiam superioribus seculis tam in *Gallia*, quam in ipsa quoque *Germania* tractus viarum publicarum lapideos. At hos ne comparari quidem posse cum viis nostra ætate munitis, nemo facile inficias iverit. Neque in viarum Romanarum, quæ adhuc extant, reliquiis vera atque proxima munitionis nostræ initia sita sunt. Dudum enim per multa secula antiquata fuerunt Romanorum instituta; quamvis remotam in illis quærendam esse novioris instituti rationem, facile concesserim. Vera origo munitionis viarum in plerisque Germaniæ provinciis frequentatæ ex Gallia repetenda est, quod vel nomen viarum munitarum, quo ab aliis distinguuntur, æque probare videtur, ac ex terminis technicis in jure cambiali receptis ad Italicam instituti cambialis originem recte concludimus. Galli videlicet primi sunt, qui in muniendis viis publicis operam collocarunt, quem quidem honorem, cum illis deberi sentiamus, neque ingrati dissimulemus. Primordia hujus instituti in Gallia in initium præsentis seculi incidunt. Jam Ludovicus XIV. de hac re consilia cepit primaque illius fun-

fundamenta posuit. Temporibus vero Ludovici XV. potissimum reservatum fuit, executioni mandare ista consilia atque felici studio ceptos labores continuare. Patet illud inprimis ex legibus hac de re sensim sensimque latis. a) Quas cum hoc loco inserere nimis longum foret atque a scopo alienum, brevitatis studio testem produco fide dignissimum, autorem sc. de la *Continuation du traité de la police de Monsieur de la Mare. b)* qui de origine hujus instituti ita exponit: „Chaque siècle a ses avantages; si le dernier a eu celui de mettre un bon ordre dans l'administration majeure de la police des grands chemins, il étoit réservé au nôtre de la perfectionner, de la mettre en pratique, & d'en faire goûter tout le fruit à un grand peuple: le regne de Louis XV. devoit avoir la gloire de remplir la France de chemins pavés; ce que nous avons vu entreprendre depuis son heureux gouvernement, est déjà beaucoup au-dessus de tout ce qu'a pu faire en ce genre aucun de ces prédecesseurs; les ponts nouvellement construits, dont la plupart sont d'une structure admirable, les anciens, que l'on a rétablis pour la sûreté de la navigation & des voitures par terre; les grandes routes élargies, redressées, applanies & défendues dans toute leur longueur tant par des fossés que par des plants d'arbres qui augmentant chaque jour, annoncent de toute part le progrès de ces grands ouvrages: mais ceux, que Sa Majesté projette & qu'Elle executera par son amour constant pour le bien public, ne laisseront dans la suite ni province, ni ville, ni lieu considerable sans être pourvus de bons chemins & assureront de biens réels, à tous les sujets, par la facilité de la correspondance interieure & par l'augmentation du commerce.” Consentiunt & alii, qui de viis regis Galliae commentati sunt, c) ut adeo certum sit, sub Ludovico XV. potissimum executioni mandata esse consilia, quæ a Ludovico XIV. jam capta fuisse haud miramur.

B

a) Qui-



- a) Quibus volupe fuerit, historiam munitionis viarum publicarum in Gallia legesque inprimis hanc in rem facientes legere, consulat allegatam continuationem du traité de la police &c. Lib. VI. integro Tit. XIII.
- b) Lib. VI. Tit. XIII. Chap. 2. p. 474.
- c) Ex. gr. Dictionnaire universel des sciences morale, economique politique & diplomatique publié par Mfr. ROBINET Tom. XI. (à Londres 1779.) voce *Chemins* p. 579. ubi etiam Mfr. de VOLTAIRE inducit ita loquentem: „Les grands chemins jusqu'alors, impraticables, ne furent plus negligés & peu à peu ils devinrent ce qui sont aujourd'hui sous Louis XV. l'admiration des étrangers.

§. V.

Gallorum egregia in hac re instituta mox imitati sunt *Germani*. Nimirum I.) prima initia munitionis viarum publicarum jam sub Carolo VI. invenimus. Ut enim taceam vias Lotharingiæ, Ducum jussu, munitas, quæ reliquas Galliæ vias superare dicuntur, a) jam Carolus VI. in Austria atque Bohemia munitionem viarum inchoavit. b) Neque solus fuit Imperator, qui salutaria hæc consilia cepit. Potius etiam nonnullos ordines Imperii jam tum de muniendis viis publicis cogitasse; c) quid? quod in circulo Suevico in commune jam de ea re deliberatum fuisse d) certum est. Cum autem II.) bello mox Germania vastaretur, mirum non est, magnam partem interruptam fuisse, quæ ceperant jam principes pro salute publica territoriorum commerciisque promovendis vigilantes, consiliorum executionem. At III.) vix data pax fuit patriæ, cum in permultis territoriis singulisque etiam circulis, magis etiam intentis viribus, rem aggredierentur ordines Imperii, e) viarumque munitarum exstructio in dies magis magisque in consuetudinem abiret,

ret, ab Imperatorè etiam piæ memoriæ Francisco I. certe in circulo Suevico, promotam. Tandem IV.) in conventu electio 1764. celebrato ipsum etiam collegium electorale dignam rem judicavit, quam peculiaribus litteris, quas vocant, electorum collegialibus Imperatori commendaret. Quo factò 4. Aug. ejusdem adhuc anni, litteris ad principes circulorum convocantes datis, eorum curæ Imperator commisit, ut omni contentione & labore reparandis viis publicis in territoriis statuum circularium acriter & conjunctis omnium viribus studeret, opus ipsum, nulla interjecta mora, aggredierentur, cum vicinis circulis, si necesse videatur, de hac re conveniant rel. f.) Ex quo igitur, quamvis *muniendarum* viarum publicarum in iisdem nulla mentio *expresse* facta fuerit, multo magis Germania viis munitis in plerisque territoriis instructa fuit. g.)

a) von LÜDER in all. Tract. §. 180. pag. 109.

b) *ibid.* §. 201. pag. 127. Patet id etiam aus der *Breysgäuischen* vollständigen Information, auf was Weise die Land- und Güterstraßen in den Vorderösterreichischen Burgäuischen Landen zugerichtet und in guten Stand gebracht worden, d. d. 20. Jul. 1738.

c) Exemplo esse potest die Chur-Braunschweigische Ordnung wegen der Wegebefferung vom $\frac{1}{8}$. Mart. 1738. quæ extat in den Chur-Braunschweig-Lüneburgischen Landesordnungen und Gesetzen 3. Th. (Göttingen 1740. 4.) nro. 364. p. 962.

d) Probat hoc scriptum circuli nomine jam 1737. typis impressum, cui titulus: Information, was wegen Verbesserung der Wege und Straßen in dem Hochlöbl. Schwäbischen Craiß hievor alschon für heilsame Verordnungen gemacht worden, und wie dieselbe bey nunmehr wieder erlangten lieben Frieden zu ihrer einstmaligen Vollstreckung zu bringen, dd. Ulm 5. Jun. 1737.

e) Quo ordine ad salutare institutum accesserint, præsertim ex legibus tam territorialibus quam circularibus (Chaussée seu *Wegord-*

ungen) colligi licet; inter quas circuli Suevici functiones patriæque leges inter primas esse ideo lætor, quod argumento illud est, PATRIÆ PATREM inter primos fuisse, qui restaurandis muniendisque viis publicis ad promovendam salutem civium operam dederunt.

f) Verba formalia hæc sunt: „von Crais-Ausschreibamts wegen die Craiß-
 „Mitstände vorderamst zu veranlassen, daß die Heer- und Com-
 „mercialstrassen ohne Zeitverlust mit gemeinschaftlichen Kräften her-
 „gestellt und mit den angränzenden Craußen das allenfalls nöthige
 „Einverständnis darob gepflogen werde, in der Hofnung, es wer-
 „den die Fürsten und Stände samt und sonders, als auch sonst alle
 „und jede, die sich im Craiß befinden, das allgemeine Beste beher-
 „zigen, keiner dem andern die Last zuschieben, sondern die Bürde
 „gemeinschaftlich tragen, folglich nicht nur die durch ihre Territo-
 „ria gehende Strassen auf gleichförmige Art repariren lassen, son-
 „dern auch bono publico communi nach Lage der Lande und in
 „billiger Proportion das ihrige mit beyzuzuwürken bedacht seyn.“

g) De viis munitis in singulis territoriis confulas LÜDERUM in alleg.
 tract. §. 201. sqq. p. 127. sqq.

§. VI.

In evolvendis jam, quæ de munitione viarum publicarum jus publicum Germaniæ suppeditat, principiis fundamenti loco ponendum est, *curam muniendarum viarum publicarum ad politiam spectare*. Dignum scilicet hoc est, in quod primum nos in-
 finuemus, ideo potissimum, quod leges habemus Imperii haud le-
 vioris momenti de causis politiæ *generatim* latas, quas igitur spe-
 ciatim quoque ad muniendarum viarum publicarum curam recte
 adplicari negare nemo potest, si, quod fingo, politiæ partem il-
 lam constituere verum est. Verum autem illud esse, non tantum
 I.) ex eo intelligitur, quod in omnibus forte, quotquot exstant,
 libellis de politiæ tam cura quam jure conscriptis inter illius par-
 tes relata etiam deprehenderis viarum publicarum curam: sed
 II.)

II.) ex consensu etiam legum politiæ territorialium, &, quod plus etiam est, III.) ex ipsis legibus Imperii universalibus plenissime illud probatur, in quibus scilicet causis politiæ expresse adnumeratur reparandarum atque conservandarum viarum publicarum cura. Satis enim superque hoc apparet non tantum ex deliberationibus illis, quas de reformanda Imperii politiâ commerciique promovendi remediis superiori seculo agitatae novimus a), sed speciatim etiam ex placito imperii de viarum publ. reparatione 5. Nov. 1667. ad Imperatorem dato & ab hoc confirmato. b) Quicquid igitur de causis politiæ generatim juris est, id etiam ad viarum publicarum curam adplicandum esse certum erit.

a) Confer. *Historischer Bericht, was auf noch fürwährendem Reichstag mit Verbesserung der Policey - Ordnung vorgegangen*; in HENNINGESTI meditat. ad Instrum. pacis cæfareo - Suec. Spec. VIII. mant. III, p. 1369.

b) Ita enim in principio hujus conclusi legimus: „Der Röm. Kayserl. „May. zu gegenwärtigem Reichs - Tag bevollmächtigtem höchstselblichen Commissario (Tit.) bleibt hiemit gehorsamst unverhalten, wasmassen in den 3 Reichsrathen bey Abhandlung des „Policey wesen, auch auf Restabilirung der Commerzien im „Reich bedacht zu seyn für nöthig ermesset, einfolglich solche Materie vermög der Beylage in gewisse Membra abgetheilt, und darauf „das erste, zweyte und mitlaufende erste benahmentlichen — die „Verbesserung der Wege, Stege und Sicherheit „der Strassen betreffend in Deliberation gezogen worden &c.

§. VII.

Quæ cum ita sint, facile intelligitur, ex triplici potissimum parte considerandum esse salutare hoc muniendarum viarum publicarum institutum. Triplicem enim esse in Germania politiam ejusque curam I.) sc. universi imperii II.) singulorum



territeriorum, & III.) integrorum *circulorum*, cuique constat, qui vel primoribus tantum labris juris publici nostri elementa degustaverit; ut taceam, quæ municipiis nobilibusque mediatis adhuc sunt antiqui juris in hac re reliquiæ. Unde triplex esse potest muniendarum viarum publicarum cura. Primum igitur, quod examinandum erit, hoc est, ut generatim definiatur, quænam hac in re *imperii*, quænam *circulorum*, quænam *singulorum territoriorum* jura sint; ex quo generali examine facile deinde in partes suas secedet libellus.

§. VIII.

Universo imperio, quod I^{mo}. ad politiam generatim attinet, olim quidem is labor fuit, ut *una* in imperium, quoad fieri posset, inducatur, inducta confervetur *politia*. Latæ hanc in rem sunt leges politix universales. Ex quo autem, quantum ille labor in re publica plures respublikas complectente molestix ac difficultatis habiturus sit, sensere Imperator ordinesque imperii: curam politix fere omnem, salvis tamen legibus jam latis futuroque demum tempore sancendis, singulis territoriorum dominis reliquerunt, si exceperis pauca, *circulorum* curæ in rebus politix concredita. Nec nisi raro in legibus Imperii recentioribus objecta politix sanctione legali definita deprehenderis. Quod II.) speciatim *viarum publicarum reparations* est, dignam quidem superiori seculo eam judicant, quam lege universali promoveant. Factum sc. illud est peculiari concluso imperii 5. Nov. 1667. ab Imperatore vi legis instructa. a) Quæ vero ibi admodum atque severe commendatur viarum publicarum resectio, non *munionem* earum vere talem, quam *den Chausseebau* vocamus, sed antiquam potius viarum reparandarum modum respexisse, vel ex eo solo patet, quod de ejus origine atque historia præmittendum du-
xi.


xi. Post ortum autem *muniendarum* viarum publicarum institutum nihil hactenus curandum in hac re sibi fumsit politia Germaniæ universalis, nisi quod Imperatores FRANCISCUS I. atque JOSEPHUS II. quantum in ipsis fuit; fuit vero multum; in promovenda viarum publicarum munitione laudabili admodum opera laboraverint. Nulla enim adhuc extat, qua, tanquam limite aliquo, potestas territorialis atque circularis circumscriberetur, lata in hoc lex imperii universalis. Multo minus de decussanda forte viis publicis munitis Germania promovendaque generatim hac in re salute totiusque Germaniæ communi actum unquam fuit.

- a) Cum sæpius ad hancce imperii legem provocandum mihi erit, integram illam, licet paulo ampliorem, huc inferam, eamque, ut facilius allegari possit, numeris distinguam. Ita illa sancit: Was nun 3) das hierbey mit annectirte membrum II. betrifft, altermassen I.) die Herrschaften die Mauth und Zölle gemeiniglich wegen Unterhaltung der Brücken und Strassen zu genießen haben, also hätte auch billig ein jeder von selbstem solches zu beobachten: weil aber II.) im Gegentheil sich findet, daß an vielen Orten die Brücken schlecht verwalret, die Wasser von den Wegen nicht abgeleitet, die tiefen Oerter nicht verschüttet, noch ausgefüllet, auch in den Wäldern das Gebüsch und Gestrauch auf und neben denen ordentlichen Landstrassen nicht geräumt, noch vielweniger die Haupt- von den Neben- und Irrwegen unterschieden, ingleichen an denen Wasserströmen die Gestatte und Lehnpfähle wenig verbessert, große Bauhölzer, so etwann bey ergießendem Wasser fortgehe, nicht hinweggethan, auch theils Oriens andere denen Schiffurten verhinderliche Pfähle eingeschlagen, und dadurch oftmalen Schiffbruch, oder jedoch sonst grosse Noth und Gefährlichkeiten verursacht werden; nicht weniger die Dämme, Stege, Wege, und dergleichen, hin und wieder dergestalt rüiniret und verwachsen seyn, daß selbige ohne Leibes- und Lebensgefahr zu merklichem Nachtheil und Hinderung der Reisenden und Commercirenden zu Wasser und Land nicht gebraucht werden können; so wäre dessen im künftigen Abschied eben-

ebenfalls nachdrücklich zu gedenken, und III.) jeder Obrigkeit aufzulegen, daß selbige in ihren Landen und Gebiethen derentwegen ernste Vorsehung zu thun, und zu Inspection der Wege, Straßen und Gestatten gewisse Beamte, wo nicht schon Verordnung und Anstalt gemacht wäre, verordnen, und denselben durch vorschreibende gemessene Befehle und Ordnung dergleichen Mängel ungesäumt zu wenden, ernstlich und mit der Beürholung, daß wiederignfalls bey sich begebenden Unheil, oder Unglück die reisende und commercirende Personen, wie auch Fuhr- und Schifflente ihres erlittenen Schadens an ihnen sich zu erholen hätten, inungiren, auch IV.) da solche Reparation ebenan um deswillen gehindert würde, daß die benachbarte hohe Obrigkeiten, ratione competentis Territorii vel Jurisdictionis untereinander streitig, dieselbe sich wegen solcher Reparation ohne Praejudiz gleichwohl der Hauptsachen mit einander dergestalt zu vergleichen haben, damit die Commercirende und Reisende nicht in Verbleibung dessen in Schaden gebracht, und dieselbe solchen Gehwürgen zuzuziehen, verursacht werden, und also V.) ein jeder an allem schuldigen Eysen und Fleiß nichts erwinden lassen solle, damit mehrgedachte verderbte Wasserströhme, Damme, Brücken, Wasserfurthen, Lehenpfehlen, Gestatten, und dergleichen hinweg wieder gebessert, repariret und ausgeräumt, auch aller Orten in beständigen guten Wesen erhalten; sodann VI.) denen Reisenden und Commercirenden auf ihr Begehren, mit Bewahrung der geladenen Wagen, Vorspann, und sonst allen deme, was zu ihrer Sicherheit und Beförderung gerechtig seyn mag, um ein billiges fleißig an die Hand gegangen, und sie vor Gefahr treulich gewarnt werden. — hergegen aber auch VII.) die Fuhrleute ernstlich anzuhalten, daß, wie sie ohne das schuldig seyn, die gemachte Wege und Straßen von ihnen gebrauchet, und nicht zur Fraudirung der Zölle, Mauth, und andern Gerechtigkeiten andere Wege gesucht werden; Falls aber VIII.) die Herrschaft selbst an Vollziehung dessen, was in beeden Punkten dergestalt geschlossen, und verordnet worden, sich säumig und nachlässig erwiesen, und darüber Klagen einkommen würden, gegen dieselbe durch Mandata sine clausula oder andere schleunige Mittel und Wege, wie auch fiscalische Proceffe ohne allen Respect verfahren werden solle.“

§. IX.

§. IX. Eo ampliora sunt *potestatis territorialis* jura. Nimirum
 I.) si ulla supremæ potestatis territorialis pars in univ-
 ersum parum circumscripta est, est ea certe cura politiæ.
 Ex regula enim omnem politiæ curam in singulis territoriis tan-
 quam aliquem univ-ersum jurium ambitum singulis statibus di-
 ferte tribuunt a) iisdemque speciatim etiam de politia statuendi,
 statuta per temporum rationes inflectendi, mutandi, vim at-
 que copiam vindicant leges imperii universales. b) Cumque
 prorsus fere desint hac in re, quibus contineretur superioritas
 territorialis, de limites & nec privilegiis cæsareis, nisi observantia
 quæstis, hanc supremæ potestatis partem circumscribi velit capi-
 tulationo cæsarea: c) ad solam salutis publicæ supremam legem
 atque ita ad principia juris publici universalis, nisi in singulis
 territoriis singuli adsint juribus territorialibus limites per pacta
 v. c. cum ordinibus provincialibus inita aliasve hujus generis
 leges fundamentales stabiliti, universa ista ratio revocatur. Si-
 gillatim II.) cum universo jurium politiæ ambitu superioritati
 territoriali absque omni dubio etiam *supremum jus viarum publi-
 carum* recte vindicatur. Patet hoc 1.) ex eo, quod politiæ
 illud pars sit, omnis autem politiæ cura, nisi exceptioni speciali
 locus sit, superioritate territoriali contineatur; & 2.) ex ipso
 concluso imperii 5. Novembr. 1667. facto. Quod manifeste sup-
 ponit, dominis territorialibus esse & jus viarum publicarum re-
 gale, & quæ cum eo conjuncta est, obligationem, salutaribus
 politiæ legibus reparationem atque conservationem earum omni
 studio promovendi. d) Quamvis igitur jus regale viarum
 publicarum medio ævo penes Imperatores fuerit, multique ordi-
 num imperii illud speciali titulo feudi olim acquisierint, idem-
 que adhuc hoc titulo possideant, multisque litteris investituræ
 hoc jus usitata formula: *mit Zöllen, Geleiten, Strassen* indi-
 gi-



digitetur, dubium tamen non est, quin post adultam dudum superioritatem territorialem, nisi forte fervitutis jure in territorio alieno alicui quæsitum sit, ipso hoc supremo jure territoriali contineatur. Insignite igitur errat, qui hoc jus regale in Germania Imperatori atque imperio reservatum, statibus vero in viis jam exstructis, ideo quod permulti eorum feudi jure eas possideant, dominium non absolutum, sed utile tantummodo, circa vias autem nondum existentes jus plane nullum esse, non dubitat asserere, Gottl. Theodor. MULLER. e) At nolim equidem refutando tempus terere, nisi quod infra de exstruktionem viarum novarum fusius dicendi locus etiamnum futurus sit. Huic igitur juri viarum regali III.) absque omni dubio inhæret etiam, quicquid juris supremæ potestati, salvo tamen illo nexu, quo ipsa tota superioritas territorialis supremæ eique universali potestati Imperatoris atque imperii subjecta est, in muniendis viis publicis speciatim vindicari potest. Namque 1.) munitio viarum publicarum non est, nisi exstructio atque reparatio earum eo modo facta, qui antiqua ista exstruendi reparandique ratione ad durationem & stabilitatem præstantior est. Quodsi igitur jus regale in exstruendis reparandisque viis publicis generatim statibus imperii negari nequit, ridiculum foret, negari illis id, quod tanquam species subjectum generi est, quodque cum genere tribueris, jus regale in muniendis viis publicis speciatim; cum politiæ omnino sit, eligere eam reparandi vias publicas rationem, quæ omnibus reliquis stabilior sit atque perennior. Neque dubitandi locus relinquitur, cum 2) hoc ipso seculo jam, decreta in territoriis suis proprio usu & legibus territorialibus aliisque institutis instructa, omnibusque modis promotæ viarum publicarum munitio, id juris jam adhibuerint, nemine contradicente, statuum imperii complures.

a) In

- a) In R. I. N. §. 106. „Der bey einem Stände insgemein eingeführten guten Policey, & in Capit. caesar. (1742.) art. VII. §. 4. deren Churfürsten, Fürsten und Ständen in Dero Territoriis zustehenden Policeyverwesens mentio fit, argumento manifesto, curam politiae generaliter omnem statibus Imperii in suis territoriis competere.
- b) Rec. I. N. all. §. 106. in fin.
- c) Capit. Caes. Art. VII. §. 3. & 4.
- d) cfr. supra §. VIII. not. a. nr. III. IV.
- e) in Diff. supra all. de eo, quod iustum est circa vias publicas & militares &c. §. 43. p. 69.

§. X.

Sunt vero in Germania provinciae, in quibus adeo permixta sunt territoria, majora atque minora, nobiliumque etiam immediatorum praedia, ut ex sola potestate territoriali statuum vix ac ne vix quidem salutari consilio suscipi possit ulla munendarum viarum publicarum cura. Ejusmodi institutis, limites singulorum territoriorum excedentibus, egregie inservire potest, certe in illis circulis, quibus integra sua constat in agendis communibus rebus constitutio, nexus ille publicus, quo confusi inter se sunt singulorum circulum ordines. Quamvis enim viarum publicarum cura circulis lege Imperii publica atque universali demandata nondum sit, adeoque ista nec generatim negotiis circularibus accenseri possit: deprehendas tamen, qui cura communi viarum publicarum munitionem amplexi sunt, Imperii circulos. Praeter institutum enim circulare legibus observantiaque Imperii universalibus definitum atque distinctum, & idem igitur universale, sua cuique circulo peculiaris etiam est constitutio,



stitutio, legibus scil. atque observantia singulorum circularum particularibus innixa, cum ex observantia universali potestas circularis sit, præter formam eorum *universalem*, omnibus communem, de communi totius circuli salute omnibusque, quæ subiecta illi sunt, si quidem placuerit, deliberationes instituendi, consilia capiendi. Optimo igitur jure in nonnullis circularibus de munitione viarum publicarum in conventibus circularibus deliberatum fuit prius adhuc, quam, post litteras Electorum collegiales 1764. ad Imperatorem datas, litteris cæsareis ad Principes circularum convocantes eam ob rem 4. Aug. 1764. scriptas reparatio viarum publicarum curæ eorum concedita fuerit.

§. XI.

Duplicem igitur in Germania habemus, si ex jure publico rem consideramus, munitionis viarum publicarum modum, *territorialem* alterum, alterum *circularem*. Hæc nititur priori. In negotiis enim circularum curæ *lege imperii universali* non demandatis plus juris *in commune* sibi vindicare circuli nequeunt, quam *singulis* eorum statibus ex potestate territoriali competit. Vix igitur de munitione viarum circulari evolvi poterunt juris publici nostri principia, nisi expositis antea potestatis territorialis in hac re juribus atque limitibus, quibus deinde, tanquam fundamento, facili opera superstrui poterit potestatis circularis in muniendis viis publicis systema. Sua itaque sponte in duas sectiones libellus abit, alteram de munitione viarum publicarum *territoriali*, alteram de *circulari* agentem.

§. XII.

§. XII.

Neque vero duabus hisce sectionibus absolvuntur, quæ in muniendis viis publicis consideranda veniunt, juris publici nostri capita omnia. Cum enim supra asseruerim, in comitiis imperii nihil adhuc de munitione viarum publicarum actum fuisse: nulla omnino Imperatoris atque imperii hac in re jura, nullos potestati territoriali atque circulari in universum limites positos, putandum non est. Sunt omnino, quæ eadem ex nexu, quo & singula territoria & singuli circuli sub una eademque suprema potestate continentur, profluunt insignia Imperatoris atque imperii supremorumque tribunalium jura, quæ silentio præteriri nefas foret. Unde tertia addenda erit sectio de *juribus Imperatoris atque Imperii quoad munitionem viarum publicarum tam territorialem, quam circularem*, inscribenda.




SECTIO SECUNDA.

De munitione viarum publicarum territoriali-



§. XIII.

Potestatis territorialis in singulis juribus regalibus *alia* facies est tum, cum penes solum dominum territorialem tota illa est, nullis aliorum statuum juribus restricta; *alia* tum, cum vicinis statibus jura in territorio quæsitata sunt, quæ eruditus servitutum juris publici nomine venire solent. Superioritatem enim territoria-




torialem aliorum juribus limitatam sæpe esse, magnam partem ipsa superioritate territoriali antiquioribus, id vero inter omnes constat. Eadem est ratio potestatis territorialis in muniendis viis publicis. Alia enim potestas est dominorum territorialium in hac re, si jus viarum publicarum regale solis ipsis totum competit, nullis vicinorum juribus restrictum: alia, si vel statibus vicinis jura in territorio alieno, v. g. conducendi, vectigalium, vel ipsum jus viarum publicarum quæsitæ sunt, vel alia ratione v. c. pactis potestas territorialis in hac re limitata est. Consideremus igitur *primum* potestatem territorialem in hac re limitibus haud circumscriptam: deinde id, quinam sint illius limites, cum vicinis statibus jura quædam circa vias publicas fuerint quæsitæ.

§. XIV.

Potestatis territorialis etiam quoad ipsam internam territoriorum compagem nexumque inter dominum territorialem atque subditos non una eademque ratio est, quamvis ex legibus imperii universalibus una eademque illius forma sit. Alia est, cum ex solis legibus imperii universalibus ea dijudicanda est: alia, cum accedunt peculiare leges fundamentales juraque ex illis subditis ordinibusque imprimis provincialibus quæsitæ, atque ita limites potestatis territorialis, *internos* haud inepte vocaveris, a quibus illi, quos antec. §. tetigimus, *externorum* nomine forte distingui possunt. Quibus consideratis, juvat etiam potestatem territorialem primum eam, quæ nulla re circumscripta sit, considerare, tum subjungere de limitibus illis internis ea, quæ generatim, pro commentationis academicæ ratione, videantur deprimenda.

§. XV.



§. XV.

Jus regale circa muniendas vias publicas seu complexus jurium ex suprema potestate in hac re descendendum I.) quoad nexum singulorum territoriorum cum universo imperio sive superioritatis territorialis cum suprema potestate cæsarea, in singulis territoriis Germaniæ, *potestatis territorialis* esse, ex iis patet, quæ supra de hac re generatim disserui; quod tamen ita intelligendum est, ut non excludatur suprema potestas cæsarea in munitione viarum territoriali, de qua sectione ult. speciatim dicendi locus erit. Superest, ut quid II.) quoad nexum inter dominos territoriales eorumque landsassios, nobiles videlicet, fundationes ecclesiasticas & municipia generatim de hac re dicendum sit, videamus. Constat enim, in territoriis, in quibus landsassii in bonis suis *jurisdictione*, quam vocant, *patrimoniali* gaudent, non omnia regalia immediate a solo domino territoriali exerceri, sed haud pauca istis, salva tamen subordinatione sub supremam potestatem territorialem, quæ sita esse, quæ nec a principe violari fas sit. Quæritur itaque, utrum his quoque jus viarum publicarum earumque muniendarum cura in ejusmodi territoriis competat, an ex sola suprema potestate territoriali generatim illud pendeat. In resolvenda hac quæstione 1.) tanquam indubium suppono, quod, si in hac re quicquam juris landsassii speciatim quæsitum sit, id illis omnino saluum relinqui oporteat; plerumque enim eorum jura pactis fundamentalibus cum ordinibus provincialibus initis, litteris investituræ, pactis cum singulis landsassii aliisque normis peculiaribus, definita sunt. Quodsi vero 2.) vel singulis vel omnibus landsassii viarum publicarum cura non speciatim quæsitæ est, ex principiis juris publici nostri universalis, atque ita in dubio, id illis non competere, sed ex sola suprema politiæ cura territoriali pendere, firmiter assero. Quamvis enim, ex antiqua Germaniæ forma, municipiis aliisque landsassii plerumque etiam aliqua politiæ cura relicta sit, in iis tamen, *quæ limites singulorum municipiorum*

piorum aliorumque prædiorum excedunt, & vel super omne, quæ patet, territorium se extendunt, politiæ municipali atque prædiali tribui sane nihil potest, sed ea omnia a sola pendent potestate territoriali suprema. Quibus omnino, si quod aliud regale, certe viarum publicarum cura accensenda est, cum ea ex ipsa notione viarum publicarum manifeste singulorum municipiorum limites excedat, ipsæque viæ publicæ in dominio plane totius reipublicæ existant, insuperque in instituendis illis, non, quid singulis municipiis expediat, sed, quid salus publica totius territorii exigat, considerari oporteat.

§. XVI.

Primum igitur, quod in hac re a potestate territoriali pendet, ipsa munitionis viarum publicarum decernendæ vis est. In quo quidem I.) non libera est potestas territorialis, utrum vias publicas reparare atque integras conservare velit, nec ne? quod officii omnino est. Viæ scil. publicæ cum commerciis per omnem, quæ patet, Germaniam promovendis inserviant, atque ita & universæ reipublicæ omniumque pariter ac singulorum territoriorum interfit, bene eas exstrui, in legibus imperii universalibus, ut reficiantur semperque conserventur, severius sancitur. Leges vero imperii publicæ quin omnes omnino ordines etiam imperii obligent, ipsamque superioritatem territorialem restringant, quis unquam dubitavit? Verum II.) nulla adhuc exstat imperii lex, quæ munitionem viarum publicarum (*Chausséeartige Anlegung der Landstraßen*) statibus, in suo cuique territorio, imperet. Neque dubito, quin hæc ratio fuerit, cur in litteris ab Imperatore ad principes circulatorum convocantes 1764. datis non munitionis viarum mentio fiat, quamvis eam intendisse tam collegium electorale, quam Imperatorem ipsum, certum sit. A libera igitur adhucdum potestate dominorum territorialium dependet, utrum vias munitas exstruere, an antiquo potius vias reparandi modo uti, malint

lint, modo in reparandis more olim solito viis publicis officio haud desint. a) Quum vero ex *munitione* viarum publicarum insignia sane in rem publicam commoda redundant, qui de *muniendis* in posterum istis consilia & capiunt & exequentur, optime in hoc salutis publicæ consulere videntur. Idem ex potestate territoriali fieri posse, supra jam (§. IX. nr. III.) evicimus. Nec facile audientur in judiciis imperii subditi ordinesve provinciales, qui, formidine forte sumtuum impulsî, de decreta ex potestate territoriali viarum munitione queruntur, nisi scil. conjunctæ sint aliæ querelarum rationes.

- a) Obligationes statuum imperii in hac re definit conclusum imperii quod supra (§. VIII.) inferui. Perill. MOSERUS in Lib. von der *Landeshoheit in Ansehung Erde und Wassers* &c. Cap. III. §. 4. bonam conditionem viarum, qualem sc. leges imperii *perfecte* desiderant, in eo ponit: „*Daß man sich derselbigen ohne Gefahr, oder allzugroße Unbequemlichkeit bedienen könne.*“

§. XVII.

Cumque vix prospere successerit muniendarum viarum salutare institutum, nisi legibus illud territorialibus adornetur, quibus, quo munitio instituenda sit, modus determinatur, cumque omnis omnino legislativa potestas in singulis territoriis domini territorialis sit: vix est, quod moneam, *jus etiam condendi leges de muniendarum viarum publicarum ratione*, quas *Weg- leu Cbauffée- Ordnungen* vocari solent, non posse, nisi ex eadem potestate territoriali, proficisci. *Regulariter* igitur a solis dominis territorialibus ferendæ sunt ejusmodi ordinationes singulæque leges, munitionem viarum concernentes: in exercenda autem hac potestate tam generatim, lege salutis publicæ suprema,

D

quam

quam speciatim, suis quisque legibus fundamentalibus, restringi constat. a) Complures jam extant ordinationes de muniendis viis publicis latæ territoriales, antiquo alibi nomine *Weg-Ordnungen*, alibi novo *Chaussée-Ordnungen* insignitæ, quarum si quis collectionem dederit, equidem hunc nec ingratam arbitror, nec superfluum omnino rem suscepturum.

- a) Nolim addere catalogum, cum, quam possideo, collectionem imperfectam admodum ultro profitear. Qui libellum GAUTIERI (§. II. not. a. nr. I.) in vernaculam transtulit, in calce illius addidit: „*Auszüge aus verschiedenen Landes-Verordnungen, die Anlegung und Verbesserung der Land- und Heerstraßen betreffend; nimirum I.) Extract der Churtrierischen Verordnung, die Landstraßen betreffend, vom 3. Apr. 1753. II.) Auszug aus der Information, was wegen Verbesserung der Wege und Straßen in dem Hochlöblichen Schwäbischen Craise für Verordnungen gemacht worden; & III.) Auszug aus der Bristgautischen vollständigen Information, auf was Weise die Land- und Güter-Straßen in den Vorder-Oesterreichischen Bristgautischen Landen zugerichtet und in guten Stand gebracht werden, dd. 20. Jul. 1738. Deinde in Ge. Jac. GEGELS Sammlung Landesherrlicher Verordnungen und Rescripten (1769. 8.) insertæ sunt: I.) Churbairische General-Verordnung, das zu Herstellung neuer Chaussées und sämtlicher Straßen Unterhaltung, wie auch zu Besorgung aller Brücken und Wasser-Gebäude gnädigst decretirte General-Bau-Directorium betreffend, dd. München den 7. Mart. 1767. II.) Churbairische Instruction, wornach sich die Chur-Fürstliche sämtliche Beamten zu verhalten haben, wann über Erbauung oder Reparation der auf Chur-Fürstliche Kosten herzustellen und zu unterhalten kommenden Brücken, Währ- oder anderer Wasser-Gebäuden, Ueberflüge zu verfassen und einzustellen sind, zur allgemeinen Beobachtung ausgefertigt, den 7. März 1767. & III.) Chur-Pfälzische Chaussée-Gelds-Ordnung und Tarif, wornach in denen Chur-Pfälzischen Landen von jeder Stund chausfirten Districts das Chaussée-Geld zu bezahlen &c. dd. Mannheim den 12. Jun. 1766. In libello LÜDERIANO quaesiveris forte mecum legum vialium catalogum, cum in titulo legatur: samt einem Verzeichnis der unentbehrlichen Weg-Gesetze &c.*

Et c. At non territoriales sub hac voce autorem leges intelligere, sed architectonicas, ex libello didici.

§. XVIII.

Decreta viarum munitione, ut *inspectione territoriali* & *institutiis huc facientibus* caveatur, ut saluti publicæ & legibus hanc in rem latis sua constet auctoritas, res ipsa postulat. Quod I.) cum in *minoribus* territoriis, nonnullorum forte pagorum, per unum hunc, qui domino in omnibus negotiis, per classes alibi suas distinctis, a consiliis est, exerceri possit, nisi quod ex plebe forte eligatur quispiam, qui, subjectam isti, viarum munitarum inspectionem gerat, in his quidem peculiaria instituta vix exigit: II.) in *majoribus* territoriis secus res est. Potius 1.) cum in his majoris aliquanto momenti quæstiones, speciatim lites facile cum vicinis statibus, oriri possint; in instruenda ex omni parte viarum munitione, *collegiis* plerumque *huic rei speciatim destinatis*, quæ *Weg-* seu *Chaussée-Deputationen*, *Weg-Commissionen* & c. vocantur, uti principes solent. Deinde 2.) in singulis territorii præfecturis inspectio viarum munitarum *præfectis* plerumque ordinariis in ordinationibus vialibus demandatur; in prædiis landfasserum, quibus jurisdictio patrimonialis est seu municipalis, *subordinata* hæc inspectio secundum leges territoriales instituenda iisdem plerumque relinquitur. Interdum 3.) peculiare etiamnum constituuntur inferioris ordinis officiales (*Wegknechte*, *Weg-Bereuter*), quorum quæ sint officii partes, ex instructionibus, quas vocant, discendum. Ut vero sine in saluberrimo instituto ne excidant domini territoriales, 4.) in plerisque territorii *annuæ* quoque *visitationes viarum* adornatæ sunt, ab illis magnam partem instituendæ, quibus cura hujus rei superior demandata est, ex. gr. membris deputationis vialis, directori viali

viali rel. Quæ singula adeo in singulis territoriis varia sunt, ut de toto genere statui nihil possit; nisi, quod omnia hæc instituta ex potestate territoriali adornentur, eademque, quoad principia universalia, nisi in legibus fundamentalibus singulorum statuum limites potestati territoriali positi sint, sola salutis publicæ suprema lege circumscribantur.

§. XIX.

Munitionem viarum publicarum ipsam præcedat necesse est hoc, ut ex potestate territoriali definiatur, primo generalius, quæ sint, quarum muniendarum cura sit, viæ, deinde specialius, qui cuique viæ cursus statuendus sit. Quem in finem viæ primum visitatio, iis, qui hanc rem callent, commendari solita, instituitur, qua id præsertim intenditur, ut, quoad fieri possit, viæ compendio & rectæ cuidam lineæ prospiciatur, folique in dolis inquiratur, tum, ut locorum, munitu difficiliorum, fuga & cursus ipsius palorum ope distinctio ac mensura fiat; & quæ sunt hujus generis alia. Quæ quidem omnia a potestate territoriali pendere dubium non est. Possè enim etiam in determinanda viæ muniendæ directione, ad evitandos anfractus tractusque, qui sine magnis sumptibus muniri non possent, ab antiquo viæ cursu recedi, modo novus viæ cursus in antiquum iterum flectatur, a) nescio, quis unquam negaverit. Nec vel ideo illud negari potest, quod in omnibus forte territoriis circulisque, in quibus munitæ viæ sunt, jus sibi isthoc sumserint, nec quisquam in eo contraxerit.

a) In constitutione Trevirensi 3. Apr. 1753. (supra §. XVII. not. a. nr. 1.) §. 15. de hac re ita sancitur: „Da aber zu Abkürzung einer Krümme und Erhaltung einer geraden Linie eine Aenderung in der Landstraße vorgenommen würde; so soll doch hierdurch keine
neue

neue anderweite Landstraße eingeleitet, sondern die gerade Linie bey der Aussteckung wieder in die alte Landstraße eingelenket, und also nichts als die Zwischenkrümmen vermieden werden.

§. XX.

Utrum vero *novæ* etiam viæ ex potestate territoriali institui atque extrui possint, vexata multis dubiis quæstio est, & digna omnino, quæ curatius pensitetur; cum in muniendis viis publicis inter vicinos status haud infrequentes sint de ea controversiæ. Equidem illam, *ex regula*, haud paucis tamen limitibus circumscripta, affirmare nullus dubito. Argumenta sunt in promptu. Possè omnino in Germania adhucdum *novas* vias institui, negari nequaquam potest, nisi jus viarum publicarum in sola Germania, plus reliquis rebus publicis, restrictum esse, statueris, quod quam vi externa factum sit, nemo sanè intellexerit. *Aut* igitur jus instituendi *novas* vias penes solam supremam Germaniæ potestatem est, Imperatorem puta atque imperium; *aut* soli Imperatori illud reservatum est; *aut* superioritate territoriali continetur. De singulis sigillatim videamus. 1.) *Imperatorem atque imperium* in Germania *novas* vias instituere posse, omnino certissimum est. Supra enim jam (§. VIII.) illis vindicavimus supremam politiæ curam in Germania, eidemque junctum esse etiam jus circa vias publicas, tam institutas, quam instituendas, supremum concedo; *solius* etiam Imperatoris atque imperii illud jus esse, quatenus de instituendis viis publicis *Germaniæ* agitur, similiter affirmo. Ast hoc nequaquam tollit jus statuum territoriale circa vias publicas territoriales sive *in singulis territoriis* instituendas, de quibus hoc loco quæstio est. Quis enim unquam statibus Imperii potestatem ex. gr. legislatariam, judicariam, criminalem aliave ejusmodi jura regalia *in eorum territoriis* exercenda negarit ideo, quod essent eadem quoque in suprema potestate




testate Imperatoris atque imperii, quoad universum imperium, contenta? *Solius* igitur supremæ potestatis Germaniæ esse, vias novas *in singulis territoriis* instituire, penitus nego. Neque ulla extat imperii lex, quæ hoc sanciret, solique supremæ potestati Imperatoris atque imperii in territoriis statuum id juris tribueret. Neque illud II.) inter reservata Imperatoris referri potest. Ut enim taceam, in iis, quæ ad circumscribendam superioritatem territorialem tendunt, reservata cæsarea generatim haud præsumi; certe in hoc supremæ potestatis capite, tanquam parte *politix territorialis*, reservatum cæsareum locum non invenit, nisi illud Imperatoribus vere quæsitum esse deceri posset, uti ex capitulationis cæs. loco a) colligi licet, quo sancitur, ut in causis, politiam territorialem concernentibus, privilegia ab Imperatore ne impertiantur, nisi ab ejus antecessoribus concedi solita fuerint. Neque ex antiquo alicujus juris exercitio in hac re ita argumentari licet, Imperatoris adhuc illa jura esse, quæcunque olim Imperatores exercuisse novimus, nisi ea recentiori ætate potestati territoriali relicta esse probari poterit. Non enim antiquum & antiquatum alicujus juris exercitium hoc loco capitulatio intelligit, sed possessionem potius recentem atque novissimam. Jus autem viarum publicarum, sive totum sive ex parte spectatum, si a jure vestigalium discesseris, reservatis cæsareis accenferi oportere, nescio equidem, quibus argumentis probari posset. Verissimum potius est, III.) in superioritate territoriali illud contineri. Jure enim politix territoriali cum ipsum totum etiam jus viarum publicarum contineatur, ejusque duo fere capita sint, alterum, quod jura regalia in viis jam exstructis complectatur; alterum, quod jura, quoad vias novas ex rationibus salutis publicæ institutendas, contineat: non integrum jus viarum publicarum territoriale statibus imperii tribuis, si partem alteram eis denegas. Integrum vero illis hoc competere, dubitare nequit, qui perpenderit, partem politix illo constitui, omnem-

omnemque politicæ curam statibus imperii per leges imperii difertas adscribi, ut adeo ne pars quidem ejus negari ipsis possit, nisi, negandam esse, argumentis possit luculentissimis evinci. Quæ quidem in hac re, si regulam spectemus, prorsus deesse, persuasissimum habeo. Agnovit etiam hanc potestatem territorialem ipsum consilium imperiale aulicum in lite ordinum provincialium Basileensium contra Episcopum mota. In concluso enim 10. Jan. 1736. quoad institutam ex potestate territoriali novam viam hoc inter partes jus dixit: „*Grav. 15. Die Landstrafen betreffend; bat das Impetrantische unbegründete Begehren ratione Wiederherstellung der vorigen Strafen und Einleisung der neuen, gestalten Umständen nach, nicht statt; sondern man läßt es bey der deßfalls gemachten neuen Strafe quæst. um so mebr bewenden, als die Particulares, so etmas von ibren Fundis dazu hergegeben, schon sattfam vergnüget seyn, auch der Herr Fürst sich über diß ganz billigmäßig dabın erklärt bat, daß, wann die Fürstliche Cammer über kurz oder lang bey solchen Strafen ein Weg - Geld anlegen würde, sodann die Untertbanen von Reparations- und Unterhaltungs - Kosten dieser Strafen quæst. befreyet seyn sollten.*“

- a) Art. VII. §. 4. *Woneben wir für ohn keimerley von unsern Vorfahrem zu ertheilen nicht hergebrachte Privilegia, so derer Chur - Fürsten, Fürsten und Ständen in Dero Territoriis zustehenden Policy - Wesen in einigerley Weg vorgreifen, ertheilen, noch die etwa bereits ertheilte erneuern sollen noch wollen.*

§. XXI.

In exercenda autem hac potestate territoriali, quam generatim regulam ponendam duxi, duo a se invicem videntur distin-



guenda. Aut scilicet via nova instituitur atque munitur præter vias antiquas, ita ut nova antiquis damno non sit: aut per viam novam antiquæ viæ derogatur, statibusque, quorum territorii ea hæcenus communis fuit, infertur detrimentum. Priori casu, cur potestatem territorialem hac in re ulla ratione limitatam putaverim, nescio. Utitur eo, quod gaudet, jure dominus territorialis, cumque nec vicinis statibus damno sit via nova, nec cuiquam igitur fiat injuria; neque vicinis jus est contradicendi novumque opus denunciandi. *Posteriori casu aliter se res habet, de quo igitur jam curatius agendum erit.*

§. XXII.

Non quodcumque damnum, quod, ex institutis domini territorialis vicini, patiuntur forte territoria contigua, horum dominis facultatem tribuit contradicendi, sed illud demum, quod ex *lesione juris quæsi* oritur, sive hoc jus quæsitum lege universali, sive privilegio, sive conventionem speciali, sive quocumque alio juris titulo, nitatur. Frustra queritur, qui damnum ex eo sentit, quod quis, sine violatione juris ei quæsi, jure suo utitur. Qui enim, uti leges Romanæ loquuntur, jure suo utitur, nemini facit injuriam, licet sint, qui damnum inde sentiant. Ex generali hoc principio facile jam factu est, inferre, qua ratione potestas instituendi novam viam intuitu vicinorum limites admittat. Nimirum non, nisi ob violationem juris quæsi, statibus vicinis jus contradicendi, novumque opus nunciandi, recte tribuitur.


§. XXIII.

Speciatim jus contradicendi vicinis tribuendum erit I.) *si eis in via antiqua, cui per novam derogatur, jus vectigalium com-*

competit, idemque propter exstructionem novæ viæ diminuere-
tur, cum facile fieri possit, ut antiqua viæ inflectatur, & inutile
fere reddatur jus vectigalium, statui vicino concessum. Quo
casu jus quæsitum lædi, palam est. Namque I.) vectigalium
jura inter regalia atque jura, a suprema potestate Germaniæ sin-
gulis statibus concessa, sunt referenda; leges autem imperii gene-
ratim statibus regalia, ipsis concessa, salva esse, nec quicquam,
quod in eorum detrimentum vergit, admitti volunt; a) quod
etsi haud expresse sancitum esset, II.) ex ipsa tamen subordina-
tione superioritatis territorialis statuum sub supremam potestatem
Imperatoris atque imperii jam sequeretur, non posse ex potestate
territoriali quicquam suscipi, quo lædantur jura, ex eadem su-
prema potestate Germaniæ universali, aliis legitime concessa, ut
taceam III.) permulta vectigalium jura, ipsa superioritate terri-
toriali antiquiora esse, atque ita multo minus hac in præjudicium
jurium, antea jam ab Imperatoribus & imperio acquisite, uti
posse dominos territoriales; quo tamen argumento non utor,
ac si noviora vectigalium jura post adultam demum superioritatem
territorialem data ex potestate territoriali lædere liceat; quod fal-
sum foret, sed ea tantum ratione, ut stringam argumenta ante-
cedentia intuitu vectigalium istorum antiquiorum, quorum magna
sane pars est. Accedit IV.) quod jus vectigalium plerumque ita
concedatur, ut determinatæ cuidam viæ inhæreat, neque illi,
cui concessum est, potestas sit, transferendi illud ad aliam viam,
ut adeo statui simul jus quæsitum liberi usus viæ illius publicæ,
a vicinis nulla ratione impediendi aut intervertendi, cum ipso
jure vectigalium tributum esse videatur; ceterum plures jam de
hac re ortæ sunt inter vicinos lites, eædemque vel ad judicia
imperii delatæ. Ne vero nimis excrescat libellus, de illis hoc
loco agere supersedeo.

E

a)



a) I. P. O. Art. VIII. §. I. CAPIT. CAES. Art. I. §. 2. „*Wie wir dann auch in alle Wege wollen — die Chur-Fürsten — Fürsten, Prälaten, Grafen, Herrn und Stände (die unmittelbare, freie Reichs-Ritterschaft mit begriffen) bey ihren Hoheiten, geist- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt — lassen*“ addit MOSERUS in den Betrachtungen über die Wahl-Cap. Josephs II. hanc notam: „*In der Capitulation Kayser Karls V. folget hierauf: „ohne Unser und männiglichs Eintrag und Verhinderniß.“ Ob aber gleich diese Worte jetzt (ich weiß nicht warum?) ausgelassen worden sind; so verstehen sie sich doch von selbst. Porro in CAPIT. art. VIII. §. 5. 6. sanctio continetur, cujus argumento etiam hoc loco uti licet. Cum enim Imperator ibi spondeat, „jedesmal dahin zu sehen, damit durch die ertheilende neue Zölle und Concessionen andere Churfürsten, Fürsten und Stände in ihren vorhin habenden Zolleinkünften und Rechten keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leiden haben; (§. 6.) auch weder am Rhein noch sonst einigen Strom im h. Reich — was — zu Sperr- und Verhinderung der Commercien, vornemlich aber den Rheinischen und andern Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs zu Schaden und Schmälerung ihrer hohen Regalien und anderer Gerechtigkeiten und Herkommens gerechtig, zu verstaten oder zuzulassen:“ Quis, quæso, quod Imperatori in exercendis, quæ ipsi reservata sunt, juribus regalibus integrum non est, jura sc. singulis statibus quæsitæ lædere, his ipsis inter se licere crediderit?*

b) CAPIT. CAES. Art. VIII. §. I. 2.

§. XXIV.

Deinde II.) etiam tum vicinis statibus jus contradicendi tribuo, cum via nova in damnum via publica imperii (einer öffentlichen Reichs- Heer- und Landstrassen) vergit, cujus per eorum territoria tractus est; modo, quod sint hæ viæ publicæ imperii, quæ olim viæ regiæ (Königs-Strassen) vocabantur, aut ex documentis probari possit, aut ab immemoriali tempore, agn-
tum

tum isthoc fuerit. Argumenta fere eadem sunt, quæ §. antec. Læderetur scil. subjectionis nexus, quo superioritas territorialis ejusque exercitium sub suprema potestate Imperatoris atque imperii continetur; si viæ publicæ *ab hac ipsa suprema Germaniæ potestate decretæ*, sive jam medio ævo hoc factum fuerit, sive nostro demum contingeret, *ex potestate territoriali* damnum inferretur. Generatim enim tantum abest, ut, quæ ex potestate imperii *suprema universali* decretæ sunt atque instituta, tolli ulla potestate territoriali possint, ut potius, in exercenda omni superioritate territoriali, leges atque instituta imperii universalia venerari omnino atque observare oporteat dominos territoriales, & peccare censendi sint, qui plus sibi juris sumunt, quam leges imperii scriptæ, non scriptæ, privilegiaque cæsarea, legitime acquisita, aliisve concessa, eis tribuunt & relinquunt. Expedita est horum ad jus viarum, seu quæstionem propositam, propior applicatio. Fac, nostra ætate muniendarum viarum publicarum curam ab Imperatore atque imperio suscipi & publicas igitur per universam Germaniam vias compitales, lege imperii universali, decerni, decretas institui, institutas muniri. Quis ferat hanc vocem, posse nihilominus ex potestate territoriali novas vias institui, per quas derogetur viæ imperii publicæ, lege universali decretæ? Verum principia, ex quibus hoc recte negatur, eadem etiam tum obtinent, cum de antiqua via imperii publica, multis abhinc seculis ex Imperatorum privilegiis, quorum fuit viarum publicarum jus, concessa, quæstio injicitur. At in singulis casibus difficile haud raro probatu esse, quænam sit via imperii *publica*, quænam *territorialis* aut *vicinalis* tantum? facile intelligitur. Quod, cum a scopo meo alienum habeam, mitto, id unicum addens, vias, in quas vectigalium atque conductus jura ab Imperatoribus concessa sint, viarum imperii publicarum nomine potissimum videri insigniendas.

§. XXV.

At dixerit forte quispiam: ita tollitur, quæ vix vindicata est, regula. Ego vero agnosco & in ipso limine statim agnovi, arctos esse, qui juri huic territoriali positi sint, limites. Regulam ipsam autem exceptionibus sublatam, cave credas. Namque 1.) in casibus, qui exceptione vacant, salva illa manet. Potest igitur potestate illa territoriali in instituendis novis viis uti dominus territorialis, quamvis viæ *vicinali*, antiquæ licet, seu *territoriali* qualicumque, damno sit. Exemplo rem clariorem reddam. Fac, statum imperii ad promovendam salutem territorii publicam novam in eo viam instituisse; fac, multis sumtibus illam munitam fuisse; hoccine vicinum statum perfecte obligatum credideris, ut nec in suo quicquam suscipiat, quod viæ huic territoriali vicinæ damno esse possit; speciatim, ut viam novam in suo territorio ne instituat, qua illi derogetur? Absit longissime! quid *humanitatis* atque *vicinitatis*, & vel sanioris *politiae*, hac in re sit, relinquo jam, de investigandis potius obligationibus, iisdemque perfectis, hoc loco unice sollicitus. Ex principiis autem juris publici status imperii, ob institutam & vel munitam a vicino ex potestate territoriali viam novam, non impeditur, quo minus in suo etiam territorio, ex eadem potestate territoriali, viam novam instituat munitaque, licet multum forte incommodi atque damni ex ea re sentiat vicini status territorium. Quicquid enim hic ex superioritate territoriali potest, etiam illum posse, in promptu est. Nec, dum jure suo utitur, alteri facit injuriam alteruter. (§. XXII.) Idem juris erit, si paucioribus abhinc, si pluribus jam, si & XXX. si & XL. annis institutam in territorio vicino viam istam novam cogitaveris. Temporis enim diuturnitas atque silentium vicini nec tribuit quicquam juris statui novam viam instituenti, nec demit vicino. Silentium enim, seu omissio contradictionis, tum demum nocet tacenti, cum perfectum

fectum fuit, quod neglexit, jus contradicendi; quod cum nullum extitit, nec silentium, quod juris est, efficere & conflare potest. Statui vicino non fuit jus contradicendi institutioni novæ viæ, ejusque munitioni, ex superioritate territoriali susceptæ, quod ita fingo; adeoque multo minus obligatio ad contradicendum aderat. Contradictionis autem, ad quam obligatio fuit nulla, nec omisso quicquam poterit nocere. II.) vero etiam, quos admittit regula, limites ejus fere indolis sunt, ut in ipsis, qui eos habent, casibus restringant, non tollant, potestatem territorialem, in instituendis viis novis territorialibus positam. Quamvis enim jus contradicendi vicino statui quæsitum sit, jus tamen hoc, quod circa vias, in territorio instituendas, novas versatur, ideo non definit esse ea, quæ est, potestas territorialis sub superioritate sc. territoriali comprehensa; *exerceri* tantum, nisi consentiant, quorum per jus quæsitum interest, non potest. Unde referenda illa potestas territorialis hæc inter regalia videtur, quæ, nisi suffragantibus his, quorum contradicendi ex lege quæsitum jus est, exerceri nequeunt. Cujus generis etiam in jure publico Germaniæ universali regalia sunt Imperatori reservata, quæ eo, quod, nisi cum consensu eorum, quibus hoc jus leges imperii tribuunt, usu careant libero, regalia cæſarea esse, nequaquam designant.

§. XXVI.

Ex iis, quæ hæcenus demonstravi, proclivis est conjectura, assurgere me haud posse sententiæ, quam in Diff. sup. jam all. in hac re tuetur Gottlob Theodoricus MULLER a) In exponenda illa ipsis illius verbis utar. Ita illa: „Si circa vias jam exstructas ordines imperii dominio non absoluto, sed utili tantummodo, gaudent; si summum jus viarum in Germania Imperatori & imperio est reservatum: sequitur, *principibus & statibus circa vias non-*



dum existentes jus plane nullum competere, sed solius Imperatoris esse, statuere, utrum atque ubinam in imperio Romano Germanico viae novae debeant exstrui, an minus? Deinde §. seq. summam principiorum exhibet hanc: „statum imperii propria autoritate „& de facto novam viam instituentem peccare contra clara verba „constitutionum imperii & praesertim capitulationis caesareae, ab „uti jure superioritatis territorialis, & attentare contra sacratissimi „ma Caesaris & imperii jura reservata.“ Audiamus igitur ejus argumenta, quorum, quænam vis sit, deinde videbimus.

a) Diss. feil. de eo, quod justum est circa vias publicas & militares in Imperio Rom. Germ. speciatim in Suevia exstruendas §. 43. in fin. & §. 44. pag. 69.

§. XXVII.


Argumentorum summam ea, qua par est, fide exhibebo, quæ quidem tria potissimum sunt. *Primum*, ne intelligi quidem posse, quin illicita sit, novæ viæ exstructionem. Aut enim in nova via nova quædam vectigalia etiam exigere, in quo peccatum insit adversus clara verba sanctissimarum legum, aut sub nomine Guidagii (*Weggelds*) vel, quodcumque isthoc demum sit, alio certam pecuniam his, quarum ejus usus sit, & hominibus & rebus, statui, quod tam in Rec. Imp. Ratisb. 1576. §. 118. 119. & 120. quam in ipsa capitulatione caesarea art. VIII. §. 11. & 12. inter illicita referatur; aut denique nihil omnino in nova via exigere; in quo cum pateat, nova potius, quibus alterutra utendi necessitas sit, via usuros & damnum inde in eos status, quorum jam vectigalia sint, magnum satis redundaturum; cumque detrimentum cujuscunque generis cives ejusdem reipublicæ sociis inferre, pluribus rationibus & æquitatis & legum disertis prohibeantur, injuria vicinos adfici manifestum sit. *Alterum*: exstare hac de re legem vetustissimam, qua illicita pronuncietur novarum viarum

viarum exstructio, edictum sc. Friderici II. 1232. quo caveatur: „*strate antiquæ non declinentur*, nisi confinantium voluntate“; legem autem ab Imperatore & imperio rite latam, licet vetustissimam, tamdiu valere, quamdiu neque observantia contraria, neque lex posterior, illi aut expresse aut tacite derogans, qualis vero non existat, lata fuerit. Addit illustrationis gratia locum ex edicto Sigismundi 1435. art 37. in Hungaria præcipientis: „*Vias autem novas in locis, quibus via ab olim nunquam haberi consueverunt, nemo pro communi & universali transitu in detrimentum ac damnum vicinorum tributorum, in facieb. suarum terrarum adinvenire præsumat.* Tertium petit sententiæ suæ præsidium hinc, quod jus viarum publicarum, licet interdum præscriptionis etiam titulo in status transierit, plerumque tamen & frequentiori modo per investituram statibus acquisitum sit. Hoc enim illius, ut ipsis ejus verbis utar, ratiocinium cernitur: „*Quemadmodum enim feudi titulo dominium non nisi utile transfertur in vasallum, ita & jura in investituræ litteris enumerata non absolute, sed certis cum restrictionibus concessa intelligi debent, quod in juribus vectigalium & viarum maxime observare licet, quæ uti natura sua conjuncta, ita & iisdem fere limitibus circumscripta sunt.*“ Quorum, dum proposita sunt, nativam vim dissimulatam esse nemo dixerit, qui, prouti libellus ea auctoris ipse suppeditat, lustraverit. a) Liceat igitur viri ignoti quidem mihi, sed quem amicorum auctoritas colere jubet, argumenta ipsa curatori paululum examini subicere.

a) §§. 41. 42. 43. pag. 60-69.

§. XXVIII.

Et in eo quidem argumento, quod *primo* loco positum est, tres casus, quos solos eos auctor fingit, qui omnino intelligi possint, sigillatim considerandi venia sit. Quod de prima parte afferit,




rit, non posse statum imperii nova vectigalia exigere in nova via, equidem facillime a me impetro, ut vere isthoc dictum esse concedam, nisi vel jure nova vectigalia instituendi, vel privilegio transferendi vectigal ab una via ad aliam, gaudeat, qui fingitur, status, quæ quidem exstare plurima multis documentis probari posset. a) Eo vero, qui supra est, casu, non exstructionem novæ viæ, sed injustam novi vectigalis exactionem illicitam esse, me nec monente patet. In altero casu idem monendum. In quo non nisi exactio guidagii e mercibus pariter ac nominibus solvendi. seu vectigalis simulato guidagii nomine serpentis, illicita erit habenda, in quo esse, quod non liceat, lubens impertior. Quodsi vero hæc, quod nec absimile est, ita dicuntur, ut verum etiam guidagium (*Weg- seu Ubauffee-Geld*) quod non vectigal ali-quod fucatum est, illicitum existimetur, id vero est, in quo habeat me penitus dissentientem, superioritati territoriali junctum id potestatis autumantem. De quo fusius dicendi mox erit occasio. Tertia pars, quod, cum nova via jus vectigalium vicinis statibus quæsitum læderetur, instituendæ viæ novæ copiam iterum circumscriptam vult, equidem is sum, qui supra jam, cum de hoc nata fuerit quæstio, limitibus suis minime liberam perhibuerim potestatem quamcunque territorialem. Quamvis hoc dare non ausim, ut damnum vicinis ex nova via ortum quodcunque five qualequale sit, ut ex lege quadam Romana MULLERUS loquitur, sufficere putem. Quodsi quis vero inde hoc concluderit, jus exstruendi novam viam omnino non contineri superioritate territoriali, statumque imperii novam viam instituentem eadem abuti, & Imperatoris potius solius esse de hoc statuendi copiam, in quo lapsus mihi videtur doctiss. MULLERUS, malum eum arbitrer rerum existimatorem. Hoc enim solum sequitur, ut status imperii, *absque consensu vicini, cujus est jus illud quæsitum*, hoc casu novam viam instituens, jure, quod in viis publicis ver-setur, regali injusto loco utatur. Deinde II.) præter tres illos casus

casus datur etiamnum *quartus*. Potest nimirum etiam hoc usu venire, ut sine violatione juris tertium quæsitum via nova territorialis instituitur; quem in enumeratione casuum omissum video. In quo igitur, quomodo primum argumentum, quod demonstrandum erat, probet, me non intelligere, ultro profiteor.

a) Ut vel unum addam exemplum, produco chartam Ludovici IV. 1332. qua confirmat privilegia archiepiscopi Trevirensis eidemque indulget, „ut omnia telonia sua huiusmodi levare possint conjunctim vel divisim, in dominio aut conductu suo, *ubi magis viderint expedire*.“ Cumque Carolus IV. 1377. inter alia confirmaret Cunoni archiepiscopo Trevirensi vectigal imperii Boppardienſe, hac formula utitur: „volumus etiam & arbitramur, quod idem archiepiscopus, sui successores & ecclesia Trevirensis levare, recipere & suis usibus applicare possint telonium in Boppardia vel alibi super Rheni alveum, *ubi ipsis magis placuerit recipere & levare & ad alium locum, ubi maluerint, transferre*.“ Exstant chartæ apud HONTHEIM in Cod. dipl. Trev. Tom. II. illa pag. 118. hæc pag. 280.

§. XXIX.

Tranſeo ad secundum. Fingam I.) exſtare ullam imperii ſive antiquam ſive novam legem, qua caveatur, *ne ſtratæ publicæ declinentur, niſi confinantium voluntate*. At quæro ego, nonne hoc ipſum probaret potius poteſtatem territorialem ſola neceſſitate flagitandi vicinorum conſenſus reſtrictam? nonne ex lege oppoſiti ſequeretur potius id, ut poſſint omnino ſtratæ publicæ a dominis territoriorum declinari confinantium voluntate? Tantum abeſt, ut talis lex jus omne ſtatibus in exſtruendis viis novis negaret, idemque ſoli Imperatori atque imperio vindicaret. Aſt II.) lex illa plane non exſtat. Ut enim taceam, 1.) nondum expeditum adeo eſſe, utrum id, quod in privilegio Henrici VII. Romanorum regis 1. Maji 1231. & in privilegio Friderici II. 1232. de non declinandis ſtratibus antiquis continetur, *legis inſtar univerſalis*



lis fanciatur, id certe 2.) verissimum est, privilegia ista non continere sanctionem, ut stratæ antiquæ non declinentur, nisi de *confinantium* voluntate, sed, ut ne declinentur, nisi *transeuntium* voluntate. Quotquot enim exstant privilegii illius exempla atque editiones ex variis archivis depromptæ, nullibi tamen vocem *confinantium* deprehenderis, nisi in ea sola, quam Joh. Petr. de LUDEWIG a) typis imprimendam curavit. Reliquæ omnes ex. gr. apud SCHILFERUM b), in collectione Rec. Imp. novissima c) apud HONTHHEMIUM d), SCHANNATUM e) aliosque habent: *transeuntium*. Suspectissimum meo jure habeo, solum LUDEWIGIUM qui haud parum licentiæ in mutandis documentis sumfisse sibi fertur f), aliam proferre lectionem. At nec esse lectionis varietatem, ex notationibus ipsius LUDEWIGII ad ipsam auream bullam FRIDERICI II. &c. quibus ceterum multa egregia insunt, adparet. Hanc enim ibi mutationis rationem dat: „SCHILTERUS legit: *nisi de transeuntium voluntate*: sed ita sensus esset valde inconcinuus. Quis enim dixerit, potuisse a viatoribus aut transeuntibus requiri aut colligi consensus? sed HEINECCIUS vocem non audet vel legere vel describere. Pingit ænigmata: non solvit. Res ipsa est hæc. Sæpius evenerat, ut principes sive lucri sive alia causa publicas vias indeque præstanda vectigalia mutarent cogentque iter facientes, præsertim aurigas, pristinis relictis, novas vias sequi. Cum vero fieret hoc primo peregrinantium incommodo; deinde plerumque cum damno principum in confiniis, quibus vel ita erepta & subducta vectigalia, vel commercia impedita & onerata: hac lege merito conversio publicarum viarum interdicta. — Quia in rebus obscuris divinare licet; addo conjecturam, quod forte legis prohibitiivæ hæc fuerit exceptio aut limitatio, nisi de *confinantium* (*confinalium* i. e. vicinorum) bona voluntate rel. “ Ecce non ex variante lectione, sed conjectura LUDEWIGII orta est ista mutatio. Rejiciendam igitur esse in omnium exemplorum con-

concentu arbitrariam hance mutationem, res ipsa loquitur. Quid vero sibi jam volunt verba: *nisi de transeuntium voluntate?* An eorum sensus vere adeo inconcinnus est, ut opinatur LUD-
 WIGIUS? Non adducor, ut credam. Audiamus optimum eorum interpretem, ipsum Imperatorem Fridericum II. nec quicquam supererit dubium. In pace videlicet illius publica 1235. atque ita tribus annis post privilegium illud sancita legimus inter alia: „*Von der Strafe. Man sol auch die rechten Landstrass varen, vnd sol nimant den andern twingen vnder rechten Straß.*“ (g) Sanctionis hujus duo sunt capita. Prius obligat aurigas ac viatores, ut ipsi a stratis publicis, defraudandi vectigalis gratia, ne recedant. Posterius viatoribus atque aurigis, quos uno verbo *transeuntes* recte vocaveris, favere videtur, ne ipsi inviti cogantur, missis antiquis, novis viis uti. En eandem sanctionem in vernacula nostra, quam in privilegio isto latino idiomate legis. Videtur, inquam. Re penitus inspecta aliud emerget. Dicam, quod res est. Neque enim ea, quæ de ansa illius sanctionis LUD-
 DEWIGIUS opinatur, satis apposta mihi videntur. Qui chartam Henrici VII. cum charta Friderici II. quæ illam confirmavit, attentus comparaverit, facile is intelliget, id potissimum curæ principibus cordique fuisse, ut adversus civitates, præsertim imperiales & vel adversus ipsum Imperatorem, qui civitates potius, ut principum potentiæ derogaret, fovisse videtur, jura sua facta tueantur atque integra b). Speciatim etiam non tantum novas vias per civitates suas cum novis quoque procul dubio vectigalibus, instituisse, sed & *transeuntes*, ut antiquas *stratas per principum territoria euntes* relinquant, novisque illis utantur, compulsisse videtur Imperator. Quod cum damno esset in juribus vectigalium quæstorum principibus, curationem etiam huic malo cum reliquis quæsierunt, in sanctione privilegiorum istorum tandem inventam: in qua quidem non prohibetur, novas institui vias, ita tamen, ut *transeuntes* ne cogantur nova via uti,

fed eorum voluntati relinquatur, utrum antiqua firata, an nova, uti malint; id quod hac formula exprimitur, ut firatæ antiquæ non declinentur, nisi de transeuntium voluntate. Ex interpretatione hac nec contorta, nec anxie quæsitâ, patet jam, nec inconcinni quicquam huic formulæ inesse, nec fere eam id probare, quod sibi inde probandum sumserat doctissimus MULLERUS.

- a) in reliquiis manuſc. Tom. VII. Lib. IV. pag. 515. ubi privilegium Friderici II. ex tabulario ſenatus Halenſis (*der Clausur*) in quod ex *principali* tabulario delatum ipſi videtur, inferuit notationibusque illuſtravit.
- b) in *inſt. jur. publ.* Tom. II. nr. XVI. p. 117.
- c) Tom. I. nr. XI. pag. 18.
- d) in *Hiſt. Trevir. diplom.* Tom. I. nr. 477. pag. 712.
- e) in *Hiſtoria Wormatienſi* Tom. II. nr. 121. pag. 112.
- f) conferri tamen merentur, quæ moribundus jam LUDWIGIUS imputationum ſibi factarum haud immemor, de ſe ipſe adſeraverit apud MOSERUM *von Teutſchland und deſſen Staatsverfaſſung überhaupt.* pag. 189. not. 3.
- g) Exiſtat ea ex. gr. in *der Sammlung der Reichsabſch.* 1747. P. I. nr. XII. pag. 23.
- h) ex introitu privilegii Henriciani hoc patet, in quo ita: „ — Vo-
 „ lentes principes noſtros eccleſiaſticos & mundanos ceteros-
 „ que fideles regni noſtri in ſua libertate ſervare & modis
 „ omnibus conſovere, de regia noſtra munificentia gratiam eis
 „ fecimus, quam a civitatibus noſtris eiſdem volumus invio-
 „ labiliter obſervari rel. “

§. XXX.

Quod *tertium* proponitur, argumento minus aliquanto ponderis ineſt. Brevis ero, cum juſto prolixior jam fuerim. Complures ordines imperii juſ viarum publicarum feudi titulo poſſidere

dere verum est. Unde vero, quo MULLERI sententiæ robur accresceret, nihil omnino consequitur. Nam I.) quæcunque ista sit, qua *olim* singuli status jus viarum publicarum acquisierint, ratio, id quidem omni superioritate territoriali dudum continetur. II.) Qualitas feudalis plane non minuit potestatem territorialem in exercitio juris viarum, in quo ne ullam quidem deprehenderis differentiam, sive feudali nexu illud possideatur, sive non. III.) jura in investituræ litteris enumerata non absolute, sed certis cum limitibus concessa debere intelligi, nisi restrictionum dif-
ferta fiat definitio, erroneum est. Denique contentio ista, quod IV.) monendum videtur, quam inter jus vectigalium ac viarum institutam video, quid omnino sibi velit, quoque modo jus viarum iisdem fere, quibus vectigalium jus, limitibus circumscriptum statuatur, equidem non intelligo. Unde consistat aliquanto firma, quæ vindicata est, sententia. Et missa igitur jam hac re, de reliquis potestatis territorialis partibus in muniendis viis publicis erit videndum.

§. XXXI.

Sive nova plane in territorio via instituatur, sive ad evitandos anfractus & loca munitu difficilia ab antiquo viæ cursu interdum recedatur: fieri non potest, quin viæ haud raro per ipsa prædia civium qualiacunque dirigantur. Id quod vel invitis prædiorum dominis fieri posse, certum est. Quamvis enim ordinarie supremæ etiam potestati jura civium lædere in se nefas sit: at jura tamen singulorum *privata* salutis *publica* rationibus omnino cedunt, atque ita cedunt, ut, cum viarum publicarum munitio, muniendarumque directio ex salutis publicæ ratione instituatur, consensus ab ipsis prædiorum dominis negatus, ex suprema potestate seu jure atque dominio, quod vocant, eminenti suppleri possit. Quod tamen jus suis constat limitibus, Nimirum cum id,
F 3 quod



quod totius civitatis feu reipublicæ est, detrimentum soli sentire finguli civium non teneantur, justum rei pretium ex jure eminenti reipublicæ vindicatæ restituendum illis esse, manifestum est, quod, qua ratione fiat, perinde erit. Idem leges etiam territoriales a) loquuntur, modum plerumque, quo in isto casu prædiorum dominis satisfieri debeat, quique in eo potissimum versatur, ut aut assignata illis, si ex situs ratione fieri possit, viæ antiquæ parte, aut numerata pecunia, immunes detrimenti præsentur, san-
cipientes.

- a) Exemplo esse potest die Chur-Braunschweigische Weg-Ordnung vom 17^{ten} Mart. 1738. I. Cap. §. 15. „Nachdem sowohl
 „ denen Reisenden daran gelegen, als auch die Besserung mit we-
 „ niger Arbeit, und geringern Kosten geschieht, wann die Wege
 „ verkürzt werden, so haben die Beamte und Gerichts-Herren,
 „ ihre Heer-Straßen in Augenschein zu nehmen, und vernünftig
 „ zu ermäßigen, ob dergleichen Verkürzung des Weges, ohne gar
 „ besondern Nachtheil der Ländereyen, Wäsen, Äger und Wäl-
 „ dungen geschehen können, welchenfalls die Grundstücke, durch
 „ welche der Weg zu schlagen, denen Eigenthümern der Billig-
 „ keit nach, entweder ex publico zu bezahlen, oder denselben
 „ von der verlassenen Heer-Straßen, ein anderes hinlangliches Per-
 „ tinenz-Stück einzuraumen, &c. In der Chur-Braun-
 „ schweig-Lüneburgischen Landes-Ordnungen und Gesetze
 „ III. Th. S. 969. Idem sancit die Chur-Pfälzische Chaussée-
 „ Ordnung vom 24. May 1764. „Weilen nun 8) Falle sich ereig-
 „ nen mögen, wo denen Privat-Begüterten einige Theile ihrer an-
 „ stößenden Ländereyen zu Behuf solch gemeiner Land-Chausséen
 „ entzogen werden müßten, zumal derlei Anlegungen so viel mög-
 „ lich in gerader Linie geschehen sollen, solchenfalls die etwa erliegen
 „ bleibende alte Straßen-Districten, wo es thümlich, solchen Privata-
 „ ris zugetheilet, oder aber auf bestmögliche Art durch Verant-
 „ staltung des Chaussée-Con-Commissarii Tit. Herrn Schullers
 „ zu Geld gemachet, fort daraus, oder aus dem sogenannten Weg-
 „ Gelds-Fundo selbigen nach vorherig billigmäßiger Abschätzung
 „ die Vergütung verreichet werden solle.“ Chur-Trierische
 „ Verordnung die Land-Straßen betreffend vom 3. Apr. 1753. §. 14.
 „ Wenn zur Erhaltung einer geraden Linie und zu Vermeidung
 „ eines

„ eines hohlen Weges u. s. w. einige Gueter - Stuecke oder Lænde-
 „ reien zu dem Wege gezogen werden muessen; so werden die
 „ Eigenthümer derselben, gegen allenfalls durch unpartheiſche
 „ Schätzung erkannten billigen Erſatz sich dessen nicht zu entziehen
 „ haben. “

§. XXXII.

Eodem hoc jure eminenti recte etiam utuntur domini ter-
 ritoriales, cum prædia singulorum civium viæ publicæ forte vi-
 cina materiam gignunt ad muniendas vias aptam necessariamque,
 eorum autem possessores, prædia hunc in finem reipublicæ con-
 cedere recusant. Quo tamen ipso casu singulos cives indemnes
 esse præstandos, res ipsa loquitur. a)

- a) Aliud tamen continet all. ordinatio Trevirensis 1753. §. 14. „Es
 „ ist auch unverweigerlich und unentgeltlich zu verſtatten, daß,
 „ wo die Materialien an der Straſſe am nächſten zu haben, ſolche
 „ hergenommen werden, doch, ſo viel möglich ohne Schaden der Ei-
 „ genthümer, und daß die Stein- und Kieſ-Gruben, wenn die
 „ Materialien daraus gebracht worden, am Ende wieder zugewor-
 „ fen werden.“

§. XXXIII.

Facta viarum munitione id inprimis supremæ potestati curæ
 est, ut ea rite conservetur, cui fini varia inserviunt instituta ter-
 ritorialia. I.) enim inspectio suprema (§. XVIII.) speciatim
 etiam in conservationem viarum munitarum intenditur, ut, qui
 reparatione indigeant, continuo istis eadem adhibeatur viarum
 tractibus. Deinde inprimis II.) eo quoque faciunt leges, pondus
 plaustris imponi licitum definiens, æque, ne, qui utuntur viis
 munitis, suo istis commodo abutantur, & dum justo graviori
 onere eas premant, vim inferant, prospicientes. Qua in re aut
 ea intexitur tela, ut onus ipsum plaustris vehi licitum, determi-
 nato

nato centupondiorum numero, quem transgredi nefas, definiatur, aut, in quo expeditior etiam ad finem propositum via est, equorum, quibus ad ducenda plaustra uti liceat, atque ita indirecte tantum centupondiorum etiam numerus præscribatur. Nec prætereundum est III.) ex eadem politiæ cura dominos territoriales etiam alias ad excludendum aurigarum arbitrium leges ferre posse, ex. gr. ut prohibeatur temonum bifurcorum, (*Lannen*) usus, ut latitudo plaustrorum seu spatium, quod inter utramque rotam intercedit (*das Geleis*) determinetur, ne quis fossas equis curribusve transgredi audeat; ne in locis declivibus *sufflamine* (*Sperrkette*) plaustrorum rotas adstringant, sed rotarum calceis, sive ferreis, sive ligneis, (*Schlaiftrog, Radfchu*) utantur, rel. Quibus vero institutis, quæ pro ratione diversorum territoriorum diversa ipsa sunt, immorari nolim.

§. XXXIV.

Quibus antiquo more absolvi potuit viarum reparatio, longe multumque superant *in munitionem viarum, munitarum conservationem, pro nostri temporis ratione impendendi sumtus*. Quos quinam teneantur conferre, quæque generatim hac in re supremæ potestatis jura atque obligationes sint, de hoc difficilis est atque intricata quæstio. Qui enim, priusquam orta fuit viarum muniendarum ratio, ad conservandas vias publicas obligati erant, eos ex hoc ipso argumento ad *munitionis* etiam sumtus erogandos absque injuria cogi posse, quis sanus dixerit? De quo non est, quod fufius moneam, cum obligatio qualiscunque ultra fines suos, si qui sint, qui positi sunt, extendi nequaquam possit. Fines autem, qui obligationem ad *muniendas vias publicas* excludant, hic positos esse, vel ex eo solo patet, quod, cum nasceretur ista obligatio, ne cogitari quidem potuerit viarum munitio, ut adeo nec consensus tum temporis sive expresse sive tacite interpositus ad *muni-*

munitionem etiam datus ulla ratione cenferi poffit. Decreta contra *munitionem* viarum cum non tollatur ifta obligatio, perfecte tamen, ut ad fumtus in eam impendendos tantum conferant, quantum viarum reparationi antea ipsis tribuendum fuit, eos obligari, palam eft. Quod quomodo fieri debeat, fi cives fint, de quibus quæritur, non ex eorum arbitrio, nescio quo, hujus rei ratio pendet, fed, cum publicæ falutis in hac re interfit, univerfa potius supremæ potestati, quæ de ea, quid sentiendum fit, ftatuat, unice relinquenda. Quæ cum ita fint, fuppeditandis fumtibus reliquis ex fuprema potestate alia ratione profpiciendi, facile intelligitur neceffitas.

a) Quinam illi fint, quibus, ante ortam viarum munionem, id officii fuerit, regulis generalibus complecti vix poffumus. Ne prorfus intactam hanc rem relinquam, pauca, quorum, in muniendis etiam viis interdum, ratio habenda eft, hæc moneam. I.) in plerisque territoriis fingulis nobilibus, municipiis, pagis, eademque etiam ratione bonis principum patrimonialibus fuos cuique viarum publicarum tractus reparandi fuiffe onus. Quod quidem, nifi in compendium conferenda efferet commentatio, ex plurimis fingulorum territoriorum legibus probari facile poffet. II.) vectigalium terreftrium juri intime quidem olim junctam fuiffe viæ, in qua exigatur, conservandæ obligationem: quæ vero olim obtinuerint in hac re principia, vectigalium jure, feculis præfertim XIII. & fequentibus, ad *augendos redditus camerales* fcepiſſime concesso, inſignem poſtea ſubiſſe mutationem. Quod adeo certum eft, ut vectigalium juri conservandæ viæ publicæ officium nequaquam *ex regula* inherere perſuaſum mihi fit. Neque, ut ab hac ſententia recedam, me movet, quod in ipſo illo concluſo imperii, cujus ſupra verba dedimus, ſub initium ſtatim ponatur: „daß die „Herrſchaften die Maſth und Zölle gemeiniglich wegen Unter- „haltung der Brücken und Straßen zu genießen haben;“ præfertim, cum adhibita voce: *gemeiniglich* admodum limitetur ifta proſcriptio. Præterea in illis ipsis, quorum principibus vectigalium jura ſunt, territoriis non camerae principis id oneris eſſe, ſed quod membro primo monui, in plerisque

G

potius



potius obtinere territoriis, verissimum est. Quare nec miror, eo usque processisse nonnullos, ut arbitrario cameræ usui vectigalia cedere crederent. Ita enim STRUBEN in der rechtlichen Bedenken II. Th. nr. LXXI. pag. 272. „Die Zoll-Aufkünstle stießen heutiges Tages zu willkürlichem Gebrauch der Kammern ein. Daher Herr PÜTTER in Elem. Jur. publ. Germ. §. 591. das Zollrecht definiret, quod sit jus exigendi certum pecuniæ merciumve pro numero personarum, jumentorumve, vel pro pondere seu valore mercium aliove modo, definitum pro libertate transeundi vel transvehendi præstandum. Wege und Brücken werden nicht mit den Zöllen, sondern, wie es jeden Orts hergebracht ist, von den landesherrlichen Aemtern oder von denen Unterthanen im Stande erhalten, welches letztere öfter als das erste geschieht.“ PÜTTERUM etiam vere ejusdem sententiæ esse, patet aus seinen auserlesenen Rechtsfällen II. B. pag. 453. Quæ tamen, cum in medio sit lex ista imperii, sine distinctione affirmari posse non crediderim. Ardua res est, eademque, quæ peculiari commentatione examinetur, digna.

§. XXXV.

Duo sunt, quibus absolvitur omnis de hac re disputatio. Qui enim in munitionem viarum publicarum impendendi sunt, sumtus, aut ab ipsa sola republica, quacunque demum ratione, pro sua cujusque regiminis vi atque indole, illud impetretur, conferuntur: aut aurigis, proficiscentibus aliis, ut vel penitus vel certe ex parte indemnis præstetur respública, tributum quoddam ex usu viæ munitæ præstandum, quod *Chaussée-Geld* vocare solemus, imponitur. In quibus quid ex jure Germaniæ publico supremæ, quæ territorialis est, potestati tribui possit, quid non possit? de eo jam curatius videndum. Et in examinando quidem primo capite, ut, in quo cardo rei vertatur, id præmittam, alia est civitatum imperii, quibus ex peculiari, in qua eorum a reliquis Germaniæ territoriis discrimen inest, administrandæ reipubl. formula multa singularia sunt, alia reliquarum rerumpublicarum

Ger-

Germania specialium ratio. His sc. de quibus primo loco agendum erit, in hac re propria est, quæ in *illis* fere nulla est, de nexu imperantis & subditorum inter se mutuo, & de modo, quo illi in conferendis sumptibus concurrant speciatim, quæstio. In qua explananda primo, quid principis in hac re sit? disquiram: quibus huicce subditi tam in præstandis ad muniendas vias operis publicis, quam in erogandis etiam sumptibus, obligationibus constructi teneantur, deinceps subjungens.

§. XXXVI.

Principem sive dominum territorialem, ut I.) ad sumtus munitionis ex redditibus cameræ sustinendos omnino *omnes* obligatum putem, impetrare a me nulla ratione possum. Quamvis enim, in quo est, quod ex libertate Germanorum antiqua reliquum sit, imperii onera fere omnia ex redditibus patrimonialibus sustinenda *olim* fuisse certum sit: id tamen *nostra* ætate non omnino, neque ita, ut nulli adsint limites, valere posse persuasum mihi habeo. Ex quo enim, ob mutatam insigniter in Germania, omnique plane Europa, rerum omnium faciem, sumtus in aulæ splendorem administrandamque rempublicam erogandi redditus camerales longe multumque excedunt, ut omnia omnino ejusmodi onera cameræ principis relinquuntur, fieri plane non potest. Nescio, an rem, satis eam difficilem, & in qua leges singulorum territoriorum fundamentales admodum variant, principiis quibusdam generalibus comprehendere liceat. Enimvero faciam periculum. Ita vero mihi videtur. A.) quæcunque ad aulæ splendorem & conservandam principis familiam necessaria sunt, *regulariter*, nisi earum partem speciatim susceperint ordines provinciales, ex bonis redditibusque cuique patrimonialibus eroganda sunt *omnia*. Ea enim est inde ab antiquo tempore importata observantia, ut, æque ac privatus fere quiscunque, ex suis ipsorum bonis cum familia



milia vivant Germaniæ proceres. B.) de oneribus autem, qui reipublicæ sunt, sustinendis, conferendisque, quos ejus ipsa administratio exigit, sumtibus, quod attinet; 1.) quidem, quos a solo principe *ex antiqua observantia* e bonis utilitatibusque cameralibus præstari, antiqui usus est, eosdem etiam in posterum ab ipsis solis præstandos, neque ordinibus provincialibus subditisque, nisi sua aliquid sponte suscipiant, imponendum quicquam eorum esse, res ipsa loquitur. 2.) vero *in institutis novioribus*, quæ tamen hic non nisi ea intelligi velim, quibus verum nascitur, ex publicæ salutis rationibus, patrocinium, sumtibus eam in rem præstandis, aut lege quadam fundamentali prospectum jam est, aut non est. *Priori* casu standum esse legi, non est, quod moneam: *posteriori*, cum, ex mutata omni prorsus rerum conditione, utilitates patrimoniales ferendis omnibus ejusmodi sumtibus publicis dudum impares evaserint, & desit, quæ principi eos imponeret lex fundamentalis, equidem non perspicio, qui fieri possit, ut soli principi relinquatur omnis eorum suppeditatio; nullus dubitans, quin, si in universam rempublicam redundet ex instituto, quod fingis, utilitas, *illi* quidem *toti*: sin in partem illius tantum, *huic* ex potestate territoriali recte imponatur sumtuum eam in rem faciendorum erogatio. Quod quibus limitibus intelligendum sit, mox videbimus. Facilis & expedita hujus principii, quod ultimo loco posui, ad munitionem viarum publicarum perspicitur applicatio. *Nova* illa res est, atque ea, quæ absque multis sumtibus institui nequeat, cujus igitur, cum in salutem publicam vere tota illa vergat, quin ex potestate territoriali his, quorum utilitas est, imponi sumtus possint, equidem non dubito. Ex eadem tamen hac ratione II.) nec immunem penitus principem *a solvenda sumtuum parte aliqua* statuerim. Quatenus enim in ipsa quoque bona patrimonialia redundat utilitas, reditusque, institutis viis munitis, camerales augentur: eatenus principem etiam ad suscipiendam sumtuum partem obligatum esse

cre-

crediderim. Quæ cum mathematice nulla ratione computari possint, ex eo, quod æquum & bonum est, definienda erit tam pars sumtuum, a principe conferenda, quam ea, quæ subditis imponitur. Qua in re cum non conveniunt dominus territorialis atque subditi, ad judicia imperii suprema patet aditus.

§. XXXVII.

Civibus itaque I.) sumtuum partem maximam suprema potestate territoriali imponere possunt civitatum principes. Quamvis enim admodum circumscriptum sit jus collectandi statibus imperii ex superioritate territoriali exerceri licitum: hoc tamen casu id ipsis, ex principiis superiori §. propositis, vere quæsitum esse meo jure putaverim. Illius igitur erit judicium, utrum universæ potius reipublicæ, an illis duntaxat municipiis pagisque, quorum esse videtur unice utilitas, imponenda sit illa sumtuum pars. Equidem, cum maximam partem in ipsam totam rempublicam ex viarum munitarum institutione redundare videam utilitatem, atque ita utilitas non tam singulorum municipiorum atque pagorum *privata*, sed totius potius civitatis *publica* esse videatur: haud injuste eum agere arbitrer, qui eodem, quo reliquæ solent collectæ, inter omnes reipublicæ cives distribuendos sumtus illos duxerit, quamvis nec injuste princeps aget is, qui, ut maxime contigua sunt stratis viis loca, ita maxime his, qui ea colunt, partem velit sumtuum, quos illæ postulent, insigniorem aliquam imponere. II.) In *modo* autem *indicendi collectas* non omnino conveniunt inter se Germaniæ territoria. Quibus A.) non sunt ordines provinciales, eorum minus restricti esse solent principes, quippe qui decretas collectas, qua in re tamen leges fundamentales tam imperii universales, quam civitatis illius particulares, violandæ non sunt, ipsi soli plerumque etiam indicunt, relicto *subditis* tam ad principem, tam ad suprema judicia imperii, aditu.

aditu. Quæ vero B.) ordinibus provincialibus instructa sunt territoria, eorum ex legibus fundamentalibus pendet, quantum ipsis in hac re tribuendum sit ponderis. Quæ si ita sanciant, ut sine consensu ordinum provincialium tributa nolint indicari, in imperandis etiam, ad viarum munitionem, tributis id juris esse, manifestum est. Qui vero limites ita intelligendi, ut, cum denegare illi velint, quem postulet, consensum, non ii quidem, ex potestate territoriali, ad impertiendum illum cogi, at recte tamen in judiciis imperii eum in finem possint conveniri.

§. XXXVIII.

Subditi ad minuendam, quæ eroganda sit, pecuniam, opere etiam præstando, quod suum est, conferre possunt, de qua re, quid ex jure publico Germaniæ dicendum sit, jam videamus. *Operarum, publicas* vocare solemus, I.) ea in Germania generatim vis est, ut A.) cum magnam partem ex antiqua rusticorum tam hominum, quam bonorum conditione originem trahant, unde aut in prædiorum *rusticorum* aut hominum, qui *propriorum* nomine veniunt, qualitate *adbucdum* eorum ratio posita sit, juribus *patrimonialibus*, non *territorialibus*, recte accenseantur, adeoque, si principi præstandæ eæ sint, *opera* potius *principis privatae*, ut a *publicis vere talibus* distinguantur, me quidem iudice mereantur appellari. Jus exigendi tales operas in privatam etiam bonorum patrimonialium utilitatem præstandas, non ex superioritate territoriali fluit, sed vel a cive, nobili, ignobili, possideri potest. Sunt vero etiam B.) quæ ex superioritate territoriali fluunt & quas *publicas* vere seu strictius tales vocare amo, eas dico, quas cum salus exigat publica, non privata ulla principis utilitas, cives qua tales, nisi immunitatis jure gaudeant, omnes pariter ac singuli obligantur præstare. a) Qui-

Quibus II.) ad viarum publicarum munionem speciatim applicatis, cum in hac re salutis publicæ omnino interfit, recte a principe operas a civibus publicas exigi, facile intelligitur. In quo vero modum aliquem, eum nimirum, ut nec inique nec intempestive graventur subditi, in his præsertim rebus tenendum esse, in permultis legibus publicis ipsi agnoverunt, de quibus quæritur, civitatum principes. Tandem principem etiam operis istis patrimonialibus in hac re ad promovendam salutem publicam, si quidem ipsi placuerit, uti posse, hoc per se patet.

- a) Habeo venerandum MOSERUM consentientem, qui von der Landes-Hoheit, in Ansehung der Unterthanen Personen und Vermögens Cap. XI. §. 3. ait. „Die Frohnen und Dienste sind mit der Landeshoheit in so weit verbunden, daß alle Unterthanen zu Frohnen, welche das gemeine Beste erfordert, gehalten sind. Bei solchen hingegen, die blos zu des Landes - Herrn Privat - Nutzen gereichen, kommt es auf die hernach (nimirum §. 5.) beschriebene Normen an.“ & eadem hac §. operis, quas publica salus exigit, eas etiam, quæ in reparandis viis præstantur, accenset.

§. XXXIX.

Hæc quidem de genere ita dicta sunt, ut ex illis nexum inter principem & subditos judicari in hac re oporteat, principia. Quæ si jam singulis singulorum territoriorum legibus illustrari possent, equidem isthoc jucundum arbitrer, gratumque omnibus futurum. *Alibi* operas ita præstant subditi, ut, quod reliquum sit, sumtus princeps suppeditet; *alibi* commune aliquod statuitur principis ordinumque provincialium ad id operis destinatum speciatim ærarium (*eine gemeinschaftliche herr- und landschaftliche Cbnuffee - Cassé*): *alibi* sumtus a subditis erogandi pro modo collectarum in omnes reipublicæ cives distribuuntur: *alibi* ex nexu magis in hac re speciatim sociali illis, in quos redundare videtur utili-

utilitas, præfertim qui viæ munitæ vicini sunt, illi imponuntur: *alibi* alia in hac re instituta observantur. Quæ cum longius tractare mens fuerit, præcipitem quasi evolvere, orationemque invitum etiam revocare jubet libelli hujus modum jam fere excedens moles. a)

- a) cfr. ex. gr. *Die Churtrierische Verordnung die Land - Straßen betreffend* 1753. §. 5. fgg. *Die Chur-Pfälzische Chaussée-Ordnung* 1764. §. 1. 2. 3. *Die Herzogl. Württembergische Weeg-Ordnung vom 18. Jan. 1772.* §. 1. — 5. *Breisgauische vollständige Information* 1738. §. 2. fgg.

§. XL.

In civitatibus imperii expeditior res est. Quæ I.) in *conferendis sumtibus* in munitionem atque conservationem viarum publicarum impendendis vix habent, cujus dubium esse possit. Civitatis enim senatui ipsique civitati cum haud disjuncta inter se sint redituum publicorum æraria, nec, quis illorum inter se nexus sit, quæstio potest oriri. *Aut* igitur reditus civitatis ordinarii ad sustinendos illos sumtus sufficiunt: *aut* minus. Si *prius*, tum non est, quod præter ordinis rationem eam ob rem collectæ civibus imperentur: si *posterius*, non potest non in imperandis tributis ejus rei ratio haberi, cum, quin *publici* sumtus illi sint, dubitari nequeat. a) Deinde II.) *de operis publicis* hanc in rem præstandis, quæ supra (§. XXXVIII.) diximus, in civitatibus etiam imperialibus suum obtinent locum.

- a) Illustrat hoc conclusum consilii imperialis aulici in *Sachen Eßlingen, Reichsstadt, Commissionis, den Zustand des Stadtwesens betreffend vom 2. Sept. 1755.* „Obwohl nun II.) Kayserl. Majestæt gewünschet, die Eßlingische Burger-schaft bishero lediglich bei denen „angezeigten zwey Steuern zu belassen: weilen jedoch die Stadt Eßlingen“

„lingen zu der allenthalben im Kraysß anbefohlenen Weegreparation
 „11000 fl. verwendet; so seyen solche durch die vorgeschlagene
 „Hafels Steuer zu Ergänzung der Schulden-Casse wider beizu-
 „bringen.“ MOSERS Staats-Archiv 1755. XII. Th. 3. Cap.
 p. 1027.

§. XLI.

Quæ de conferendis sumtibus atque potestate territoriali in hac re hactenus disputata sunt, ea ita dicta sunt, ut eam sumtuum partem, quam ipsa civitas in se suscipit, concernant. Incido jam in quæstionem majoris aliquanto momenti hanc: *an sumtus muniendarum viarum publicarum, certe ex parte, iis, qui via utuntur, imponi, atque ita ex potestate territoriali tributum ex usu viæ munitæ præstandum, quod Chaussèegeld vocamus, a) exigi liceat?* Quæ cum quotidie obvia sit eademque in utramque adhuc partem disputata, digna erit, quæ penitius examinetur.

a) Medio ævo id, quod ex usu *calciatæ* solvendum erat, *calciaticum* vocabatur. Du FRESNE in Glossario voce *calciaticum*. Licet igitur, cum in scribendo neque rem semper multis verbis circumscribere, neque receptam vocem *Chaussée-Geld* semper adhibere, jucundum sit, brevilitatis studio hac voce barbara uti.

§. XLII.

Sunt, quæ dominis territorialibus hanc potestatem negare videntur, argumenta. Expresse enim inter illicita exactionem *eines Weggels, Pfastergels*, rel. referre videntur leges imperii, cum, quæ in Rec. Imp. 1576. a) sancita jam de hac re deprehenderit, in ipsa capitulatione cæsarea b) severius repetantur. Ita vero illa sancit: „*Wann auch einige, sie seyen gleich unmit-*
 H telbar

telbar oder mittelbar dem Reich unterworfen, sich unterstanden haben und noch unterstehen sollten, unter ihren Thoren, oder sonst an anderen Orten, in und vor denen Städten, die ein- aus- und durchgehende Waaren, Getraid, Wein, Salz, Vieh und anderes mit gewissem Aufschlag, unter dem Namen: Accis, Umgeld, Niederlag, Stand- und Markt Recht, Pforten- Brücken- und Weg- Kaufbaß- Rent- Pflaster- Steinfubren- und Centogelder, Multersteuer und anderen dergleichen Imposten zu beschweren: Solches alles aber in dem Effect und Nachfolge für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmals weit höher, zu halten, und denen benachbarten Churfürsten, Fürsten und Ständen, deren Landen, Leuten und Untertanen, auch dem gemeinen Kauf- und Handelsmann, zu nicht geringem Schaden und Ungelegenheit gereichig, auch der Freiheit der Commerzien, des Handels und Wandels zu Wasser und Land, schnurstraks zuwider; so sollen und wollen wir, sobald bei Antrittung Unserer Regierung, hierüber gewisse Information einziehen lassen — und dann dieselbe — aller Orten ohne Verzug abstellen und aufheben“ u. s. w. Quæ vero de injustitia des Weg Pflaster- und Steinfubrenghelds disponuntur, ad tributum etiam ex viis munitis solvendum, cum specie tantum differat, adplicandum esse, nemo sane negaverit. Sunt, qui hoc loco omnia & qualiacunque guidagia (*Weeggelder*) prohiberi statuunt, eruditi, ipseque adeo MOSERUS ^c) majoris quidem illum momenti, sed difficilis etiam atque dubiæ interpretationis locum esse pronunciat. Videamus, quid sibi velle videatur locus iste vexatus.

a) §. 118. — 120. Weiters seynd wir auch glaubhaftig berichtet worden, daß etliche Stände ohne unsern Kayserl. Consens, auch ohne Bewilligung unserer und des Heil. Reichs Churfürsten, sondern für sich selbst, mit eigner That, hin- und wieder im Heil. Reich teutscher Nation, zu Wasser und zu Lande, theils neue Zölle anzustellen, theils ihre alte Zöll zu ersteigern, angefangen, und dasselbig auch zum Theil unterm Namen Umgelds, Aufschlags, Brücken-

okengelds, oder Weggelds, und was des Scheins mehr, verantwortet werden woll. — Derohalben — haben wir ganz nöthig zu seyn, güldiglich ermesen, deroentwegen mit unserm Kayserl. Schreiben alle und jede Crauß-Obersten, Zu- und Nachgeordneten insonderheit zu ersuchen und ihnen zu befehlen — sowol in ihren, als auch dero benachbarten Craußen, fleißig nachfragen, auch Erkündigung zu thun, ob, wo und welchermaßen ungebührliche neue Zölle oder der alten Zölle Erseigerung, in den Craußen, zu Wasser oder zu Lande, von einem oder mehr Ständen, unter was Schein dasselbig auch bedeckt werden vvolte, fürgenommen seyn sollten.“
u. s. w.

b) art. VIII. §. II. 12.

c) In den Betrachtungen zu der Wahlcapitulation Josephs II. ad Art. VIII. §. II.

§. XLIII.

Re etiam atque etiam perpensa in citatis legum Imperii locis cujuscunque generis *guidagia* atque *pontatica* (*Weeg- Pflaster- und Bruckengelder*) prohiberi, nulla equidem ratione a me impetrare possum, ut credam. Verba enim: „*Solches alles aber in dem Effect und Nachfolge für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmals weit höher, zu halten*“ rel. non ita, ut de omnibus, quæ in lege nominantur, exactionibus absolute prædicanda illa sint, intelligi posse, sed *conditionis potius instar* ea addita esse putaverim. Quæcunque igitur sunt exactiones, quarum ea vis est, ut verba illa de eis valeant, five, ut vera potius vestigalia, quamvis alio nomine testa, ea esse, ex ipsa exactionum natura colligi possit, eas sane sub sanctione ista legali comprehensas esse contendo. Quæcunque vero *fucatis illis vestigalibus* accenseri non possunt, exactiones reliquas nec legibus illis prohibitas equipem crediderim. Cui interpretationi infervit etiam hoc, quod non nisi de illis quibuscunque tributis diserte loquatur legis sanctio, quibus die „*ein- aus- und durchgebende Waaren, Getrayd, Wein,*

Wein, Salz, Vieh und anderes“ onerantur. Quam quidem vestigialium veram naturam esse constat. Deinde hunc locum capitulationis alius ejusdem articuli egregie illustrat. De *aquariis* nimirum *vestigialibus* capitulatio fancit: „*Diemeilen sich aber zu- tragt, daß zwar der Name des Zolls bisweilen nicht gebraucht, sondern unter dem Mißbrauch und Prætext einer Niderlag, Licent, Stappelerichtigkeit oder sonsten, von den auf- und abfahrenden Schiffen und Waaren eben soviel, als wann es ein rechter Zoll ware, erhoben — vvir; so sollen alle und jede dergleichen — neuerlich anmassende Vornehmen — — null und nichtig seyn.*“ Est hæc omnino de exactionibus *aquariis* eadem penitus sanctio, quam de *terrestribus* ejusdem art. §. 11. antecedens continet. Et est ergo in hoc genuina, opinor, atque authentica plane dubiæ hujus sanctionis interpretatio. Sed accedit præterea, quod nonnullas illarum exactionum licitas publice reputari, easdemque ab ipso plane Imperatore judiciisque imperii tales agnosci plenissime probari possit, cui tamen probationi, si ab ipsis *Weg- Pflaster- und Brückengeldern* discefferis, ut spatio consulam, hoc loco super- fideo. a)

a) de reliquis consulam, quæ breviter *Moserus* noster in *den Betrachtungen über die Wahl-Capitulation Josephi II.* art. VIII. ad voces singulas notavit. Speciatim huc faciunt, quæ de exactione, quam *Accis* vocamus, ibi leguntur, sequentia: „*Indessen ist hauptsächlich hier zu bemerken, daß, obgleich der Accis hier namentlich und ausdrücklich verboten wird, jedoch nunmehr an beiden höchsten Reichs-Gerichten darauf gesprochen wird, die Landesherrn, so selbigen gegen den Willen der Unterthanen einführen wollen, auf die von den letztern dagegen geführte Klagen dabey geschützt werden, wann einer Reichsstadt Oeconomie-VVesen von einem Reichs-Gericht regulirt wird, der Accis als eine rechtmäßige Abgabe mit in Einmalne kommt.*“ u. s. w.

§. XLIV.

§. XLIV.

Speciatim *vera guidagia ac pontatica* non ex genere illicitorum esse, sed ex potestate potius territoriali recte concedi plus una ratione probari potest. I.) scilicet non ex *mercibus*, nec determinata ex earum pondere ac valore pecunia, ea exiguntur, sed *vefturis* potius ipsis *equisque & vel hominibus*, quod in pontatico plerumque etiam fieri solet, imponuntur, nec nisi ea ratione conceduntur, ut, quoad fieri potest, sumtus in reparationem viarum pontiumque quotannis impendendos exæquet circiter, non excedat, annua pedagii pontatici summa. Cui quidem rei quid illiciti aut iniqui insit, non video, certe vera hæc guidagia atque pontatica in legibus illis imperii (§. XLII.) prohibita non esse contendo. II.) ipsa etiam possessio, eademque satis antiqua, statuum imperii causam agit. Quamvis enim seculo adhuc XVI. ab Imperatoribus guidagii jura inferioris ordinis statibus nonnunquam concessa fuisse, non negaverim: juri tamen territoriali hoc non obstat, cum nostra etiam ætate fieri id sæpe soleat, ut, in quibus juri territoriali locus esset, cæsarea potius auctoritate uti malint, eademque magis sibi prospectum putent, nonnulli inferioris ordinis status, quod, quin fieri possit, cum non possit negari: at nec aliis statibus, qui suo jure utuntur, præjudicio illud esse posse, æque certum est. Transeo igitur ad probandum id, quod probandum suscepi. *Possessionem* etiam statuum imperii in hac re causam agere asserui. A pluribus enim jam inde seculis ex potestate territoriali sæpissime concessa fuisse guidagii atque pontatici jura, liquet. Et essent hic e nostris exempla in promptu, quæ quidem depromere cum non sit ad tempus, juvabit tamen antiquius quoddam ejus rei documentum in medium proferre. Est id ab illustrissimo Wurtembergiæ comite Ludovico oppido *Bietigheim* datum, ad quod pons lapideus extat trans fluvium *Enz* eum in finem jam anno 1454. concessum, ut ob sumtus in exstructio-

nem & conservationem pontis impendendos *pontaticum* exigere liceat in litteris istis satis determinatum. a) En exemplum satis antiquum concessi *ex potestate territoriali* pontatici, quod sæpius postea eadem auctoritate territoriali confirmatum auctumque fuit, b) & nostra adhuc ætate exigitur. Cui permulta addi possent sec. XVI. XVII. & præsentis, quibus *Brücken-Weg- und Pfaster-Gelder* concedebantur, documenta, quæ in eo, quod ex *superioritate territoriali* profluxerint, una conveniunt omnia. Quod genus in aliis etiam Germaniæ territoriis obtinet. Discimus ex gr. ex ordinatione de muniendis viis publicis Palatina, c) esse etiam in *Palatinatu* civitates mediatas pedagiorum jure gaudentes, neque, quin *ex concessione territoriali* ea acquisierint, dubito: quod equidem, quamvis ex ipso ordinationis loco colligi non possit, confidentius etiam assevero. In *ordinatione viali Brunsvicensi* 1691. lata d) tum, cum reparandarum viarum publicarum sumtus privatorum vires excedant, guidagii jure hos, quorum iste labor sit, sublevaturum se spondet legislator. In ducatu *Megapolitano* hoc demum seculo auctoritate territoriali nova, post reparatas vias publicas, inducta esse guidagia ex transactione cum ordinibus provincialibus 1755. inita, e) patet, in qua simul, ut in posterum adhibito ordinum consensu id fiat, sancitur. f) Eadem ratione de plerisque Germaniæ provinciis probari illud posse arbitror. g) Nolim vero huic rei diutius immorari, cum accedat III.) majoris etiam momenti argumentum hoc, quod, potestatis territorialis esse, concedere aut instituere guidagia atque pontatica, ipsi Imperatores atque judicia imperii sæpius agnoverint. In *consilio* sc. *imperiali aulico* agnitum illud esse conclusum illud, quod in caussa Basel contra Basel 10. Jan. 1736. emanavit, cujus verba supra (§. XX. in fine) dedimus in verbis: *dass, wann die Fürstliche Cammer über kurz oder lang bey solchen Straßsen ein Weg-Geld anlegen würde &c.* docet, ipsaque etiam transactionis Megapolitanæ confirmatio cæsarea id probat, quæ, quam-

vis

vis potestati territoriali ordinum duntaxat consensu limitatæ, nulla plane juris cæsarei in hac re mentione facta, tribuat jus instituendi guidagia atque pontatica, nihilo tamen minus ab Imperatore data fuit, ut taceam, in ipsa hac lite Megapolitana, ante initam adhuc transactionem concluso quodam disertis etiam verbis potestatem illam territorialem agnitam fuisse. *b)* *Judicium* autem *camerale* idem de hoc sentire, ex sententia in causâ abbatissæ atque communitatis Burscheidensis contra civitatem imperialem Aquisgranum 26. Octobr. 1754. pronunciata, qua sc. usus viæ cujusdam in controversiam motus Burscheidensibus relinquatur, sed addita hac reservatione: „*Jedoch bleibt Beklagten auf dem Weg quaest. eine Barrière, von Klägern beschebener Erklärung gemäß, zu errichten (errichten) und deßfalls ein Weggeld zu erheben — unbenommen, sondern vorbehalten.*“ *i)* Hæc sunt vere, quibus in probanda hac potestate territoriali ego utor, argumenta. Alii *k)* aliis utuntur, quorum argumenta, si qui sunt, qui nosse cupiunt, eos adeant.

a) Dignum est, quod integrum inseratur: *Wir Ludwig, Graue zu Württemberg und zu Mümpelgart &c. Bekommen und thun kunt offenbar allermeniglich. Als wir von Vnsern lieben Getruwen den Bürgern gemeinlich Unser Statt zu Büticken angerüft und gebetten syen. Inen zu gönden. Ain Brucken. Vber das VVasser genant die Enz zu machen, dem das der gemeinen Lantstrafe. Die dafür geb. ein merklich notdurft sye. Also haben wir für Vns und den hochgebornen Vnsern lieben Bruder, Eberhardten Grauen zu Württemberg und zu Mümpelgart, der noch unter sinen Jaren. Vnd nit zu sinen Tagen komen ist, und vszer erben. Solich Notdurft der gemeinen Lantstraus angesehenen. Vnd Inen und Iren nachkomen. die Gnade getan. gegönt und erloubt, Gönden und erlouben Inen ouch mit diesem Brieff, Also daß sie ain Brucken über das VVasser genant die Enze an Vnser Statt Büticken machen und buwen. Vnd ouch von einem geladen Geschirre das darüber faret Nemlich von einem VVagen zwen Pfenning und von einem Karren einen Pfenning zu VVegzolle und Bruckengelte nemmen mögen, vnd nit mer. Vnd mit sollichem Wegtzoll vnd Bruckengelt sollen sie*
vnd



und Ir nachkommen die vorgnten Brucken. In Buwe halten und haben. Alles öne geuerde und des zu Vrkund haben wir vnser Insigel öffentlich getan henken. An diesen Brieffe der geben ist zu Truening an Zinstag nach dem Sonntag Oculi In der Fasten, Nach Christi Geburt als man zalt, Tufend Vierhundert Fünfzig und Sechs Jare.“

- b) addam & huc litteras confirmationis sequentes. „Wir Eberhartt Graue zu Württemberg und zu Mümpelgartt &c. Der Elter, bekennen und tuen kunt offenkund mit diesem Brieff als uns die Vnsern des Gerichts zu Butikain fürbract, dat sie mercklich Buw an der staimin Brucken by Inen zu Bietikain geton und daran. noch. zu tun haben der dem Lantsarrer. Vnd gemainen Man zu grossen staten: Vnd Fuerderung sins. Wandels. gedienen mog. Dann vor dem. und solich Brucken von Inen. Vszurichten fuergenommen worden wäre. heit menger. Der Gueß haben. so sich die begeben dick acht. oder zehen Tag. by Inen musen still liegen. Nachdem nun soliches Ir Buw. Der Brucken. nit In Item Vermögen were zu vollbringen und In Wesen zu halten. sie Vns mit ernstlicher Bitt. angestrengt haben Inen zu vergonden zu dem Zoll so wir Inen vormals. Solichs Irs Buws. halben. nemlich von ainem Wagen zwen Pfenning. Vnd von einem Karch ain Pfenning, zu niemen zugelassen haben zu vergonen. Noch zween Pfenning vff ain Wagen. und vff ain Karch ain Pfenning zu schlachen und davon niemen zu niemen. Demnach und in Ansehung Solichs Buws und vff der Vnsern Bitt. Tuen wir Inen fuer uns und vnserer Erben mit diesem Brief solichs verwilligen, das sie vier Pfenning vff ain Wagen und zween Pfenning vff ain Karch schlachen und die davon niemen mögen. Zu Vrkund geben wir In diesen Brieff. mit vnserem anhangenden Insigel versiget zu Vrach vff Dorinstag. Nach samtt Michiels det heilligen Erizengels Tag. Als man zalt nach Cristli Vnserer lieben herren Gepurt Tufend Vierhundert achtzig und ain Jare. &c. Ulterius augmentum a Duce Christophoro 15. Aug. 1555. concessum, cujus litteras, ut loco parcat, omittam.
- c) Churpfälzische Chauflée-Ordnung 1764. „weilen hier und da Ortschaften gelegen, vvelche eines absondern Weg- und Pflaster- Gelds inner dem Dorf, Fleken oder Stadt berechtiget. &c.“
- d) Weg-

- d) *Wegordnung des Herzog Ernst Augusts zu Braunschweig vom 2. Mart. 1691. §. II. „Gestalten wir dann an Ort und Enden, wo die Unkosten der Privatorum Mittel excediren solten, denselben dem Befinden nach durch ein leidliches Weggeld zu Hülffe zu kommen nicht abgeneigt,“ in der Cur-Braunschweig-Lüneburgischen Landes-Ordnungen und Gesetze III. Th. IV. Kap. S. 943.*
- e) *Mecklenburgischer Erb-Verglich XV. art. §. 291. „an den Orten, wo im Jahr 1724. zu Besser- oder Abkürzung der gewöhnlichen und alten Zoll-Straßen, und zu mehrerer Bequemlichkeit der Reisenden, Dämme, Brücken und Wege verfertiget sind, und dafür bis hieher ein billiges für jedes Pferd oder für jeden Wagen, womit diese Brücken, Dämme oder Wege berührt werden, genommen ist, daselbst hat es bei dem Stand und Besitz sothanen Jahrs sein Bewenden.*
- f) *Ebendasselbst §. 292. „Jedoch wollen wir nicht gestatten, daß bei künftiger Abkürzung oder Besserung der öffentlichen Landwege, etwas mit Zwange oder Sperrung unter dem Namen von Damm- Wege- oder Brückengeld einseitig und neuerlich aufgebracht werde. Sondern wir wollen in Fällen, da die Nothdurft eine Aenderung oder Besserung öffentlicher Land-Wege erfordern sollte, die Sache auf Land-Tügen abhandeln, oder &c.*
- g) *Cfr. MOSER in der Landeshoheit in Steuer-Sachen XV. Cap. §. 51.*
- h) *Decisiones imperiales in Causis Meklenburgicis (1746.) p. 255.*
- i) *von CRAMERS Wezlarische Nebenstunden p. II. nr. I. p. 20.*
- k) *DAV. Ge. STRUBENS Bedenken: ob ohne des Kaisers und der Churfürsten Genehmhaltung ein teutscher Reichs-Stand neuerlich Weeg- und Brückengelder erheben mag? in seiner Bedenken II. Th. nr. 71. p. 268. Existat etiam novior commentatio Just. Christi. Ludw. von Schellwitz de exactione pecuniæ pro viis publicis pontibusque solvendæ, vulgo Weeg und Brückengeld. Quam vero cum inspiciendi copia non fuerit, quænam illius principia sint, equidem nescio.*

Facile jam, quid de *calciatico*, utrum jure an injuria a dominis territorialibus instituat? equidem sentiam, ex his, quæ de guidagiis atque pontaticis præmissi, colligitur. Iure omnino illud fieri contendo. I.) Ipsa æquitate se commendat, modo limites non excedat, pecuniæ ex viæ munitæ usu solvendæ exactio. Plurimum enim ex hoc instituto in aurigas atque viatores redundat utilitatis. Quibus antea vix duodecim equi ad plaustra ducenda suffecerant, eis sex vel octo jam sufficere constat. Quod ante viarum munitionem duobus vix diebus emensi sunt, iter uno jam die absolvunt; ut taceam, quæ frequentius olim ipsis acciderant, infortunia. Quæ cum ita sint, institutioni *eines Chaussee-Gelds* tantum abest, ut iniquitatis quicquam insit, ut potius, si opus esset, tacitum plane omnium ac singulorum, quibus viæ usus est, consensum in hac re assumere possent domini territoriales. Sed mitto hoc, cum adsint, quæ non æquitatem solam, sed & justitiam hujus exactionis auctoritate territoriali institutæ plene probant, argumenta. II.) sc. a justitia *guidagii* ad justitiam *calciatici* recte argumentamur. Quæ enim de toto genere valent, de specie etiam valere, non est, quod probem. Quid? quod *longe major* plane in viis munitis instituendi *calciatici* adlit ratio, quam in viis antiquo more exstructis *guidagii*? Inprimis vero accedit III.) quod primo loco ponendum fuisset, hoc, quod dudum *observantia Imperii* firmatum atque extra omnem plane dubitationis aleam positum sit jus *calciaticum* exigendi territoriale. Namque in omnibus fere, quibus viæ munitæ sunt, Germaniæ provinciis jus illud a dominis territorialibus suo jure *publice ac quiete*, exercetur, ita ut de tacito supremæ potestatis Germaniæ, eorumve, quorum specialius interesse credideris, consensu dubitari plane non possit. Imperatoris potissimum, ut distincte loquar, omniumque pariter ac singulorum electorum res ageretur, si iisdem, quibus

bus novi vestigialis institutio, limitibus atque requisitis adstricta etiam esset calciatici in singulis territoriis institutio. *Imperator* autem tantum abest, ut contradixerit unquam huic juri territoriali per omnem fere, quaqua patet, Germaniam, palam et emissis plane atque publice etiam ad vias munitas adfixis legibus, *Chaussée-Gelds-Ordnungen* vocamus, exercito, ut potius, non ex natura vestigialium illud judicandum esse, sed ex superioritate territoriali pendere, diserte ipse agnovisse videatur. In circulis certe Suevico atque Franconico de exigendo calciatico ante oculos legatorum caesareorum deliberationes instituerunt, consiliaque ceperunt executioni mox mandata. Quid? quod intuitu terrarum Austriae, quae in Suevia sita sunt, hereditiarum in eorum, quae in comitiis Sueviae circularibus conclusa sunt, societatem plane descendit *Imperator*. Accedit praeterea novissimum ejus rei documentum, in eo positum, quod superiori demum anno pactum, quod *Electo* Palatinus & nobilitas immediata pagi Craichgoviensis de munienda via per regionem illius pagi a) inter se inierunt, caesarea autoritate ratum habuerit. Scilicet in pacto illo inter alia etiam de exigendo pro conservatione viae munitae vestigiali (*Chaussée-Geld*), inconsulto Caesare, conveniunt, uti ex verbis illius b) satis superque apparet. Neque vero ex hac ratione recusata fuit, quam nobilitas immediata, pro more sibi cavens, petierat, confirmatio pacti caesarea, quod necessarium omnino fuisset, nisi potestatem territorialem exigendi vestigial hoc agnosceret aula caesarea. Impertivit potius petitam confirmationem *Imperator*, hac sola distinctione adhibita, ut de curribus, equis, rel. admitteret illud, de equis autem venalibus, nec non bobus, vaccis, ovibus rel. quae extra territorium transportantur, ideo sine dubio, quod hoc casu ad verum vestigial quam proxime accederet, negaret. c) Agnovit igitur *imperator* etiam nobiles immediatos in praediis suis haud destitutos esse potestate exigendi *das Chaussée-Geld*; quod, cum concedit *Imperator*, multo minus

statibus imperii id juris negare potest. Quod si enim juribus territorialibus non inesset ista potestas, sed res omnis secundum principia, quæ de vectigalibus vere talibus continet capitulatio cæsarea, dijudicanda foret, locum non habuisset illa confirmatio, sed necessarium potius fuisset *privilegium Cæsareum consensu unanimi Electorum Imperii munitum*. Confirmatio enim actum *validum* supponit. Atque ita hoc jus Dominorum territorialium ab ipso Imperatore agnitum & a vectigalibus vere talibus aperte distincta fuit pecunia pro viæ munitæ conservatione pendenda. Hæc de Imperatore. Accedit vero pro firmanda observantia Imperii in hac re, quod etiam electores, quorum interesse, si verum vectigal foret calciaticum, nemo negaverit, non contradixerint huic juri ex superioritate territoriali sæpissime exercito. Adeo autem illi non contradixerunt, ut plerique ipsi in terris suis illud eadem auctoritate territoriali exigere soleant.

Firma igitur ex omni parte stat observantia imperii, quam probandam nobis sumimus: firmum jus statuum imperii, pecuniam ex usu viæ munitæ exigendi.

a) De qua ipsa tamen via adhuc cum circulo Suevico controvertitur. Quæstio autem controversa, cujus aliis relinquo iudicium, argumentum, quod ex ista conventionione ejusque confirmatione duco, nihil mutat.

b) 4) Wird man ab Seiten der hohen Kur-Pfalz diese Hauptstrassen, nach bewirkter Herstellung für die Zukunft immer in gutem Chausseemäßigen Stand erhalten, und deswegen das nach Kurpfälzischen Tarif festgesetzte Chausseegeld erheben lassen; zu Beförderung dieser Absichten verbindet sich ein Wohlthbl. Kanton Craichgau -- 6) — seine Bezirke nach vollendeter Herstellung zu ewigen Tagen gegen Bezug des Chaussee-Gelds, in Belang dessen der Kurpfälzische Tarif von einem wohlthbl. Kanton nach eigenem Gefallen gewählt wird, ordnungsmäßig zu unterhalten.

c) Kai-

c) Kaiserl. Confirmation über vorstehenden Vergleich: „Wenn wir nun gnädiglich angesehen solthane bemelter Reichs - Ritterschaft gehorsamste Bitte - So haben wir darum mit wohlgedachtem Muth guten Rath und rechten Wissen vorgeschriebenen errichteten Tractat alles seines Inhalts, den Weg - Geld - Tarif aber dahin gnädiglich bewilligt, confirmiret und bestätiget, daß die darinnen enthaltene Abgaben von dem zum Verkauf verführt werdenden Pferden und Füllen ingleichen von auffer Land gebracht werdenden Ochsen, Kühen, Stieren, Rindern, Schweinen, Kälbern, Schaafen und Hämmeln ausgeschieden seyn sollen.“

§. XLVI.

Certo itaque hoc jure territoriali, ex iis, quæ de eo specialius jam consideranda veniunt, primum hoc est: *potestatis territorialis esse, utrum expediat civitati calciatici institutio, nec ne? judicandi atque decernendi facultatem.* Politicæ enim territorialis hæc res est, ex situ territorii viarumque munitarum aliisque forte rationibus consideranda. Sunt enim, qui adhucdum, quamvis jure possint, calciaticum, sat gravibus sine dubio rationibus ducti nondum instituerunt: sunt, quibus rationes erant, institutam jam calceatici exactionem iterum abolendi. a) Adeo autem politicæ supremæ territoriali judicium hoc tribuendum mihi videtur, ut instituendi calceatici potestatem ne tum quidem domino territoriali negare ausim, cum legibus forte publicis antea, nolle se illud inducere, declaraverit, quamvis quæ in negativam faciant, argumenta adesse non negaverim.

Videtur sc. is, qui litteris forte patentibus hoc declaraverit, obligationem in se suscepisse perfectam. Videtur pactum quasi pepigisse cum omnibus, qui via ista utuntur. At salva tamen res est. Legibus enim latis tacite semper, qua jus revocandi aut mutandi legem pro circumstantiarum ratione reservatur, inest formula. Pacti igitur vim tali adseverationi tribui haud licet.



Mutatio circumstantiarum mutationem nonnunquam legis necessariam reddit. Istam autem facilius in objectis politiam concernentibus contingere posse ipse agnoscit R. I. N. §. 106. qui salvam vult dominis territorialibus pro ratione circumstantiarum leges politiae mutandi facultatem. Exemplo esse potest Sueviae circulus, qui, quamvis ab initio viarum munitionis consilium ceperat, non exigendi nova ideo a proficiscentibus tributa, idemque litteris etiam patentibus 1750. egressis *b)* promulgaverat, aliis ante aliquot annos rationibus ductus, mutata lege calciaticum, fatis tamen modicum, induxit.

a) In ducatu *Bipontino* post susceptam viarum publicarum munitionem aequae ac in aliis Germaniae provinciis introductum fuisse *ein Chaussée-Geld*: sed anno 1776. illud iterum sublatum esse testatur *de Lüder* in all. Tract. §. 214. p. 140.

b) Litterae patentes Circuli Suev. 14. Maji 1757. hæc de ea re continent „*Dass von dem neu anzulegenden Wege und Strasse zu desto sicherer Facilität und Erleichterung der Commerzien kein neues Weggeld abgefordert und bezogen werden solle.* MOSERS Staats-Archiv 1751. I, Cap. 16. p. 110, repetita hæc lex fuit in Rec. Circ. Suevici 1754. ad delib. I. MOSER all. I. 1754. 8. Th. Cap. V. p. 268.

§. XLVII.

Decreta calceatici institutione sequitur, ut I.) legibus ea res instruatur, ita promulgandis, ut proficiscentibus, quorum interest, omnibus ac singulis, earum copia sit, quod, qua ratione fieri soleat, inter omnes constat. Leges hujus generis *Chaussée-Gelds-Ordnungen* vocantur, de quibus, quæ generatim de legibus territorialibus dicenda sunt, etiam dicenda putes. Deinde II.) ut *acceptores seu quæstores calceatici* (*Chaussée-Gelds-Einnehmer*) instituantur, necesse est, quibus, utrum receptio illius ita; ut accepti rationes illis reddendæ sint, demandari, an locatione

con-

conductione illis relinqui velit, perinde est. Hæc omnia instituti territorialis esse, vix est, quod moneam.

§. XLVIII.

Calceaticum I.) nullibi, quantum equidem novi, ab iis, qui *pedites* iter faciunt, exigitur, uti nec *guidagium* (*Weggeld*) generatim ab hujus generis viatoribus exigi solet, quod in pontatico haud raro aliter se habet. Ratio sine dubio in eo quaerenda, quod non in eorum gratiam muniantur viæ, atque ita, quod in eos ex hoc instituto redundat, quod parum est, utilitatis, indirecte quasi illis proficit. Exigitur ergo II.) ab illis, qui equis iter faciunt, III.) a vecturis, curribusve, five equis five bubus ducantur quibuscunque; IV.) Plerumque etiam ab equis, bubus, vaccis, ovibus, aliisque animalibus, quæ per viam aguntur, calceatici nomine aliquid præstandum est; quod tamen novissime nobilitati immediatæ pagi Craichgovienfis improbasse Imperatorem mox videbimus.

§. XLIX.

Quantum autem calceatici nomine a statibus Imperii exigi liceat, satis expeditum non est. Quæ igitur dari poterunt *generaliores* in hac re *normæ*, hæc fere erunt: I.) nulla ratione ita illud institui potest, ut augeantur inde reditus cameræ, sed omne omnino id, quod hoc nomine in accepti tabulas refertur, in conservationis fuitus iterum expendendum esse fas est. II.) Qui ob conservationem viæ alicujus jam munitæ antiquo *vestigali* utitur, in computando calceatico ejus rationem habere illum oportet, ita ut vestigal merito jam in conservationem viæ illius munitæ cedat. Quod tamen ad ea, quæ non hac lege, sed ad augendos forte reditus camerales data sunt vestigalia, male

ex-

extenderis ; III.) simplicis etiam *guidagii* eandem esse rationem, per se patet. Aut igitur illud, inductio calceatico, plane tollendum a) aut hoc ideo minuendum erit. Quodsi vero tam exiguum imponatur, ut rite computatum ad sumtus conservandæ viæ munitæ sustinendos longe non sufficiat, instituto etiam calceatico, illis, quibus speciatim quæsitum fuit, municipiis, nobilibus, pagis rel. relicto simul onere quodam reparationis, relinqui posse, manifestum est, quod inprimis in *pontatico* ita haberi solet. Deinde IV.) priusquam computetur calceatici summa, id etiam quod a principe subditisque eam in rem tam pecunia, quam operis forte confertur, deducendum erit. Quibus omnibus positis V.) quod reliquum est sumtuum in conservandam viam munitam impendendorum, nec inique, nec injuste, calceatici nomine auctoritate territoriali colligi posse arbitror, qua quidem in re exactam penitus omnibusque numeris absolutam haud desiderari posse computationem, ex æquo & bono potius instituendam, nemo non videt. Cæterum VI.) in instituendo calceatico eorum duntaxat, qui in conservationem viæ jam munitæ impenduntur, sumtuum, quod quidem mihi constat, ratio haberi, neque id, ut, qui in ipsam munitationem erogati sunt, sumtus restituantur, intendi solet.

a) Hinc recte in der Churpfälzischen Chaussée-Ordnung (1764.) S. 5. ita sancitur: „wobey sodann die fernerweite Einrichtung zu machen, daß weilen hier und da Ortschaften gelegen, welche eines abgesondren VVeeg- und Pflaster-Gelds, inner dem Dorf, Flecken, oder Stadt berechtiget, denenjenigen, welche sich disßfalls mit hinreichenden Grund und Titul zu legitimiren, im Stand, der disßfallige Betrag nach etwaig 10jührigen Radical-Belauf, aus solcher gestaltiger nebst einschlagenden gemeinen Landweeg-Gelds Receptur dergestalt zu verreichen, daß selbige Ortschaften des eigenen nur zum Aufenthalt, Hemmung und Vexation deren Passanten gereichenden selbst Empfangs sich zu enthalten, fort dagegen ihre Pflaster- und offene Dorf-Strassen unter ebenmäßiger Anweisung und Direction der
der

der Commission ohne mindeste *VViederred* und *Verweilen* in beständig gutem Stand zu unterhalten.“

§. L.

Quibus omnibus rite perpensis, quid in singulis territoriis calceatici nomine exigi liceat, generatim determinari haud posse intellectu facile est. Exemplis tamen hanc rem illustrare juvabit.

Quid I.) in circulo Suevico solvi oporteat sub nomine des *Chaussée-Gelds* colligi potest ex ordinatione Wurtembergica hanc in rem lata. Ita enim illa:

Kund und zu wissen, daß die Einführung des Chaussée-Gelds auf allen durch die schwäbischen Kraißlande ziehenden Kraißschlußmäßigen Haupt- Land- Heer- und Commercial- Straßen, so fern solche Chaussëemäßig eingerichtet sind, und in einem guten und rüchtigen Stand erhalten werden, von einer allgemeinen Kraiß-Versammlung per conclusum d. d. Ulm, den 3. Jun. 1772. einbellig beliebt, und in dieser Absicht das nachstehende Tariff zu einer gemeinschaftl. Norm und Richtschnur aufgestellt worden. Und zwar sollen auf eine Stunde weit von einem Pfert an einem beladenen Güterwagen oder Karch, Landgutschcn- Frucht- Wein- Holz- und anderem Bauren- gefürth die Mietzpfert nicht ausgenommen - 3 bl.

Wenn aber eine solche Fuhr leer gebet, nur die Helfte,
oder - - - - - $1\frac{1}{2}$ bl.

Ein Pfert an einer Gutschcn oder Chaisen, sie sey besetzt
oder leer - - - - - 3 bl.

Ein Pfert, so beritten, beladen oder ledig ist - 3 bl.

K

Zwey

Zwey Ochsen, Küb, oder Stier, sie seyen angespannt oder ledig 3 bl.
 Sodann von Rindern, Schafen, Hämmeln, Schweinen, Gais-
 sen und Kälbern von 1. bis 10. St. incl. 3 bl.
 respective bezahlt und eingezogen werden. "

II.) in circuli Franconici terris hoc observatur schema, ut exigatur, von jeder Stunde:

- 1) bey den Ens - Karren von jedem daran befindlichen Pfert - - - 1 kr.
 - 2) Von einem Pfert bey einem leeren Wagen oder Chaisse 1 kr.
 - 3) Von einem jeden Reut- oder Lasttragenden Pfert ohne Ausnahme der Couriers und Postillions - 1 kr.
 - 4) Von Couple- oder auf den Verkauf geführt werdenden Pferten, vom Stück - - - $\frac{1}{2}$ kr.
 - 5) Bey einem mit nicht mehr als 4. Pferten bespannten und mit nicht mehr als 40. bis 50. Ctr. beladenen Wagen, vom Pfert - - - 1 kr.
 - 6) Von grossen Lastwägen, die mehr als 50. Ctr. führen und mit mehr als 4. Pferten bespannt sind, ingleichen bey Gabelführen, und von mehr als 4. Pferten bespannten, mit Kauf- und andern Gütern beladenen Postwägen von jedem Pfert - - - 2 kr.
 - 7) Unbeschlagene- noch nicht jährige Füllen oder Fohlen geben - - - frey.
- Die übrige - - - $\frac{1}{2}$ kr.
- 8) Och-

8) Ochsen, Stier und Kübe, wenn sie Fracht- und andere Güter führen, das Paar so viel als ein Pfert.

Quid III.) in terris Palatinis pro usu viæ munitæ solvi oporteat. patet aus der Churpfälzischen Chaussee-Ordnung und Tarif d. d. Mannheim den 12. Jun. 1766. secundum quam von jeder Stunde nach dem 24. Gulden-Fuß solvi debet:

	Kr.	Pf.
Von jedem daran gespannten Pferde.	Von beladenen Güter- und andern derley schweren mit 6. Pferten bespannten Lastwägen, ingleichen der Straßburger Land-Gutsch und Außemischen Postwagen	
	1	2
	Von einem leer fahrenden dergleichen Güter- und Lastwagen	
	1	
	Von einem geladenen Güter-Karcb	
	1	2
	Von einem solch leer gehenden	
	1	
	Von einem sonstigen beladenen Karcb	
	1	
	Von einem unbeladenen	
		2
	Von einem mit Getraide oder sonst beladenen Wagen	
	1	
Von einem jeden leeren Wagen		
	2	
Von einer Personen führenden Post- und andern Gutsch		
1		
Von einer leer fahrenden Gutsch		
	2	
Von geladenen Wägen oder Kärch, so mit Ochsen bespannt, werden zwey dergleichen Stück für ein Pfert gerechnet, sohin bezahlt		
1		
Und von unbeladenen		
	2	
Von einem Lasttragenden Pfert		
1		
Ein Reuter, für das Pfert		
	2	
Von einem zum Verkauf verführt werdenden Pfert		
	2	
K 2		
		Von

<i>Von einem Füllen</i>	-	-	2 Pf.
<i>Von ausser Land gebracht werdenden Ochsen, Kübe,</i>			
<i>Stier und Rinder, für jedes Stück</i>	-	-	2 Pf.
<i>Von ausser Land gebracht werdenden Schweinen, Kälber,</i>			
<i>Schaf und Hämmel, für 10. Stück</i>	-	-	2 Pf.
<i>Unter 10. Stück aber frey zu passiren.</i>			„

Eadem hæc norma exigendi *das Chauffée-Geld*, quæ in terris Palatinis præscripta est, retenta etiam fuit in conventionem, quam supra jam tetigi, d. 12. Nov. 1779. inter Electorem Palatinum & nobilitatem pagi Craichgovienfis initam, eamque ab Imperatore d. 31. Aug. 1780. confirmatam, cui ea de causa passus ordinationis Palatinæ huc faciens adpendicis instar additus est. Dignum autem est memoratu, confirmationem cæsaream *des Weeggelds-Tarifs* hac demum lege impertitam fuisse, „*daß, ut ipsis chartæ cæsareæ verbis utar, die darinnen enthaltene Abgaben von denen zum Verkauf verführt werdenden Pferden und Füllen, ingleichen von ausser Land gebracht werdenden Ochsen, Küben, Stieren, Rindern, Schweinen, Kälbern, Schaafen und Hämmeln, ausgeschrieben seyn sollen.*“ Cujus quidem ratio procul dubio in eo posita est, quod præstationes illæ *ad verum vectigal e mercibus pendendum* propius accedere visæ sunt.

§. LI.

In munitionem viarum publicarum munitarumque conservationem, quum insignes omnino erogandi sint sumtus, publice, ut *calceatico* ab iis, quibus viarum usus est, ne defraudetur respublica, interest, quem in finem, quæ necessaria videntur instituta, quin ex superioritate territoriali fieri possint, non est, quod dubitemus. Quare ut huic rei caveatur, multa in eos, qui hoc sibi licentiæ sumunt, statuitur. a) Utrum autem ideo etiam, ne alia,

alia aurigæ & qui calceaticum solvere tenentur reliqui, quam munita, utantur via, sanciri possit? quæstio est, quam non sine distinctione affirmandam, potius, quatenus solius calceatici ratio habetur, negandam equidem duxerim. Nimirum I.) quibus *vestigalis* simul ex mercibus, quas vehunt aguntque, solutio incumbit, illis, ut alia, quam publica eaque jam munita, utantur via, statuta in transgressores poena, recte omnino prohibetur, quod observantia etiam firmatum constat. Quibus vero II.) non est vestigal pendendi necessitas, iis utrum munita an alia via uti malint, me quidem iudice, libera erit jure meritoque electio.

g) Herzogl. Würtemb. *Chaussée-Gelds-Ordnung* 1772. „III. derjenige welcher das *Chaussée-Geld* auf der dazu angeordneten Station nicht erlegt, oder solche geflissentlich absährt, hat zur Strafe diejenige Gebühr, so er auf besagter Station hätte erlegen sollen, dreyfach zu bezahlen.


Churpfälzische Chaussée-Ordnung 1764. 4to wird das eigentliche Straf-Quantum mit Unterscheidung deren frevelhaft oder nicht frevelhaften Fällen dahin festgesetzt, daß auf jeden Kreuzer des ersten Falls ein Gulden, des letzteren aber das Quadruplum, oder vierfache der gewöhnlichen Gebühr zu entrichten.

§. LII.

Quibus instituendi calceatici auctoritas est, *immunitatem* etiam ab ejus solutione ex salutis publicæ aliisque rationibus concedere possunt, domini territoriales. Sunt I.) quibus, præter ea omnia, quæ principis sunt, hæc immunitas negari absque injuria haud posse videtur, inter quos refero: 1) incolas, qui cum in prædia sua, quæ necessaria videntur, aut ex illis, quæ ibi nascuntur, domum jumentis vehunt aut per alios vehenda curant, via munita utuntur, 2) qui in præstandis operis publicis, sive jumentis, sive curribus versantur. Deinde 3) extendenda illa etiam

K 3

erit



erit in animalia, quæ in pastum aguntur & ex illo domum recedunt. Quibus II.) accedunt illi, qui hac immunitate ex peculiari concessione territoriali gaudent. Dignam forte, quæ uberius paulo consideretur, etiam hanc rem nonnulli judicant. Cum vero nimis accrescentem videam, adeoque, qua potero, ratione circumscribendam putem hanc commentationem, eam mitto, hoc uno contentus, ut, quomodo in Palatinatu *a*) & Ducatu Wurtembergico *b*) se res habeat, ex. gr. in notis subjungam. Quorum vero in legibus Imperii universalibus sita sunt, immunitatis jurium fundamenta, sectione ultima haud prætereamus.

- a*) Churpfälzische Chaussée-Gelds-Ordnung de 1766. „Chaussée-Gelds befreyte. 1) gesamte zu dem Chur- und Fürstlich-Pfalz-Gräflichen Hausß gehörige Equipage, wie auch commandirte Kriegsdienst-Pferde. 2) an den Churpfälzischen Hof accreditirte Herren Gesandte. 3) Herrschaftliche Frohnd-Führen. 4) Churpfälzische Unterthanen, und inner Lands angehörende, zu dem Chaussée-Bau angezogen werdende Befreyte, soviel nemlich dasjenige betrifft, was dieselbe inner Lands zur eigenen Güter- und Hausß-Nothdurft, auch selbige oder andere benachbarte an alltäglichen Victualien, als Obst, Gemüß, Butter, Eyer, und dergleichen auf die in Churpfalz gehalten werdende Wochen-Märkte verführen, dahingegen, wann gemelte Unterthanen, sodann befreyte was aussere Lands, oder zum Handel und Wandel, auch um den Lohn verführen, dieselben das oben angeordnete Chaussée-Geld zu entrichten schuldig seynd. 5) Die Postillions, welche die sogenannte Ordinaire und Estaffeten, auch reitende Couriers führen. 6) Alles in Kurpfalz-Länden eingehende Schlacht-Vieh, als Ochsen, Küh, Kälber, Schaaf und Schwein. 7) Das auf- in Kurpfälzischen Ortschaften gehalten werdende Vieh-Märkt sowohl, als von solchen wieder abgeführt werdende Viehe, letzteres jedoch nur in so fern, wann darüber die gewöhnliche aber länger nicht, als drey Tag gültige Abfuhr-Zeichen werden vorgewiesen werden, massen bey deren Ermangelung oder Vorbringung zelter dann drey Tag seyender sothamer Zeichen das oben, auf aussere Land gehende Vieh, gesetzte Chaussée-Geld zu zahlen ist. 8) Alle hier oben nicht benannte haben das Chaussée-Geld ohne Ausnahm Stands, WWürde und Condition Tarif-mæssig zu entrichten. „

b) Her-


- 6) Herzogl. *Württembergische* *Chausséegelds* - Ordnung 16. Sept. 1772. „II.) ist von dieser Abgabe in denen Herzoglichen Landen frei, als: die Herrschaftlich eigene, ingleichen die dem Herzoglichen Kirchenrath in Stuttgart zuständige Pforte vom Bebenhauser Hof; 2) alle Militair-*Vorspanns*- und *commandirte* *Dienstspforte*; 3) die *Gefandte* auf ihre Pforte; 4) die *Postillions*, welche die sogenannte *ordnari* *Estaffeten* und *reitende* *Couriers* führen; 5) diejenige *Führen*, welche zum Herzogl. *Hoflager* *Equipage*, *Virtualien*, *Fourage* und *Materialien*, entweder *ohnentgeltlich* in der *Frohm*, oder um den herkommlichen *Frohm-Tax* beiführen, nicht weniger diejenige *Führen*, welche die *Jagd-Frohm* verrichten; ingleichen die mit *Virtualien* und *Waaren*, welche dem *Ludwigsburger* *Zucht- und Arbeitshaus* zuständig sind, *beladene* *Führen*; damit aber alle *Schlaiche* verhuetet werden: So müssen dergleichen *Führleute* sich mit *amtlichen* *Attestaten*, welche jedoch nach *Beschaffenheit* der *Entfernung* von ihrem *Heimweesen* nur auf ein höchstens 2. Tage *gueltig* sind, legitimiren können, oder sie werden in dessen *Ermanglung* zu *Bezahlung* des *Chaussée-Gelds* angehalten. 6) Das zur Herzogl. *Hofmezig* betreibende *Schlachtvieh*. 7) Die *Inwohner* eines *Orts* von den *Führen*, welche sie auf ihre *innerhalb* der *eigenen* oder in der *nachst* *angrenzenden* *Markung* liegenden *Gueter* hin- und her verrichten, und 3) das *Vieh*, so auf die *VVaide* und von solcher wieder *heimgetrieben* wird, auf jeden *Orts* *Markung* oder *Zutrieb*, auch *endlichs* 9) die *Feuerreuter*, *Feuersprizen* und *Feuerwägen* &c.,,

§. LIII.

Denique *abolendi* etiam iterum *calceatici* dominis *territorialibus* esse potestatem, quam quidem nemo in *dubium* vocaverit, vel *monuisse* sufficiat. *Exempla* non deesse, ex iis, quæ §. 46. jam diximus, colligi potest.

§. LIV.

Quæ de potestate *territoriali* in *munientiis* viis *publicis* hactenus differimus, ea in *singulis* *provinciis* atque *ditionibus* haud raro *ordinum* *provincialium* atque *subditorum* *juribus* *speciatim*



ciatim quæsitis, plus, minus, circumscripta esse, supra §. XIV. jam tetigimus. Qua in re cum, quis superioritatis territorialis sit modus atque limes, ex suis cuique legibus, fundamentales vocamus, hauriendum sit: quod de toto genere valeat, vix afferi quicquam posse, manifestum est. In quo conspicua est diversa territoriorum, quibus ordines provinciales sunt, & quibus non sunt, ratio. Quamvis enim, quæ ordine provinciali haud instructæ sunt, provinciis suæ etiam peculiare esse possint, quibus reipublicæ administrandæ innititur ratio, leges fundamentales; rariores tamen eas esse inter omnes constat. Neque, quod in universum de iis monendum videatur, habeo quicquam. In provinciis autem ordine provinciali instructis I.) exercendæ, quæ legibus ferendis occupatur, territoriali potestati is plerumque modus est, ut aliqua illius hac in re jura sint, quæ vero, cum insignis sit legum fundamentalium diversitas, non possunt non esse admodum diversa. Mox *consilium*, mox *consensus* illius accedat necesse est. In provinciis, quibus a foundationibus ecclesiasticis, nobilium prædiis atque municipiis distinctæ sunt principis præfecturæ, quicquid ordinibus provincialibus in ferendis legibus juris est, ad sua ipsorum bona, præfecturis liberiori principis arbitrio relictis, plerumque restrictum est. a) Alibi alii hujus rei limites. Quicquid sit, quæcunque in *omni* legum ferendarum potestate leges volunt fundamentales scriptæ, non scriptæ, id in legibus etiam vialibus scribendis locum obtinere facile intelligitur. Ex quo, quænam in *adornanda generatim viarum publicarum munitione* ordinum provincialium jura sint, in *singulis* territoriis non difficile est iudicatu. Interdum *speciatim* etiam eorum in reparandis & vel muniendis viis publicis juribus legè prospectum est. b) II.) Cum conferendi sunt munitionis sumtus, quænam in exercendo *collectandi jure* ordinibus provincialibus jura plerumque quæsitæ sint supra (§. XXXVII.) vidimus. III.) Inspectio territorialis, institutio collegiorum huic operi interservientium singulorumve reipublicæ
mini-

ministorum, inspectio viarum rel. quamvis ipsa illa imperii lege 1667. lata (§. VIII.) statibus tribuantur, sunt tamen, in quibus nec hac in re desunt ordinum provincialium jura, provinciae. Nimirum A.) ipsi *universo ordini provinciali* interdem jura quædam quæsitæ sunt, quod tam ex communibus, quæ nonnullis sunt, principis ordinisque provincialis collegiis c) (*Herr- und Landschaftliche Strassen- seu Cbauffée- Deputationen*) quam ex eo etiam, quod in inspiciendis seu visitandis viis nonnunquam concurrant, d) maxime conspicuum est. Deinde B.) singulorum quoque ordinum in suis cuique prædiis subjectionis, landflassiatum vocant, nexu obstrictis haud raro jura sunt, ut v. c. interesse viarum visitationi possint, quod in Ducatu Megapolitano observamus, e) vel alia quædam inferior supremæque territoriali subiecta viarum publicarum illis cura sit, quod in aliis etiam politiæ caussis, nonnunquam obtinet. f) De qua re, cum *generalia* vix poni possint principia, si ab hoc solo discefferis, ut in singulis provinciis leges, quæ nexum imperantis ordinumque provincialium definiunt, cuique fundamentales custodiantur, plura dicere nihil attinet.

- a) Quod diferte sancitur in dem *Mecklenburgischen Erbvergleich* Art. VIII. §. 192. & 193.
- b) Quæ de hac re sancit *der Mecklenburgische Erbvergleich* Art. XV. §. 292. supra §. XLIV. not. f. dedimus, quibus, si lubet, addi potest *der Herzogl. Württembergische Erbvergleich* 1770. Cl. IV. §. 23.
- c) Quam in Ducatu Württembergico hujus collegii rationem esse, docet *die Herzogl. Württembergische Wegordnung* 18. Jan. 1772. §. 19. Idem in terris etiam Brunsvico-Guelpherbitanis obtinere, patet ex recessu provinciali 1770. art. 22. quo, ut ad collegium viale (*General- VVeeg- Besserungs- Commission*) aliqui etiam ex ordine provinciali adsciscantur, expresse sancitur.

L

d) Meck-

- d) *Mecklenburgischer Erbvergleich Cap. XX. §. 379.* „die *Visitationes zu Besserung der öffentlichen Landwege und Hier-Strassen, sollen von Unsern Fürstlichen Commissariis, mit Zuziehung der von Ritter- und Landschaft in jedem Amte dazu bestellten Deputirten und des eingeseßenen eines jeden Guts jedesmal geschehen, jedoch auf keine Feld- Dorf- Holz- und Kirchenwege erstreckt werden.*“ In *Wurtembergia* *visitantur viæ munitæ à singulis membris deputationis vialis, quibus ordinum etiam provincialium membra interesse, not. antec. dixi.*
- e) *Ex loco not. antec. dato.*
- f) *Quo conferri possunt, quæ von der Hofmarkhs-Gerechtigkeit in Bavaria ex KREITMAYRO, cujus summam dare videtur, MOSERUS in Tract. von der Teutschen Unverthanen Rechten und Pflichten. IV. B. I. Cap. §. 9. ad Cod. jur. Bavar. refert: „So viel das Policeywesen betrifft, ist zuvörderst der Unterschied zu bemerken, unter der Anordnung des Policeywesens und unter der Obacht auf dasselbige: Fene gebührt dem Hofmarkhs-herrn nicht, wohl aber diese &c.“*

§. LV.

Potestatem territorialem in viarum munitione hactenus consideravimus eam, quæ juribus vicinorum in territorio quæsitis restricta non sit: jam, quænam illius facies sit, cum vicinis in territorio jura sunt, quæ vias publicas concernunt, videamus. Quæ cum duplicis generis sint, alia, quibus in *muniendis* viis publicis circumscribitur auctoritas territorialis; alia, quibus in *munitis*: primum de illis, tum de his, agendum. Qua in re ita verfabimur, ut non in *solis*, quibus eorum, quorum summa rerum est, *vere* limitatur in hac re arbitrium, vicinorum juribus exponendis acquiescamus; sed ea etiam, quorum dubia certe videtur in hanc rem vis & efficacia, examinemus.

§. LVI.

§. LVI.

Vere limitatur territorialis in muniendis viis publicis superioritas tum, cum, quod sæpissime in Germania deprehenderit, pactis antiquioribus cum vicino initis, viæ utrique territorio communis definita est directio. Cujus rei qui exempla desideraverit, MOSERUM nostrum *a)* adeat, aliosque, qui de jure publico imprimis singularum Germaniæ civitatum particulari scripserunt. *b)* Neque vero adeo limitatam eam credideris, ut, quod absit omnino, in munitione ipsius illius viæ instituenda limites agnoscas. Ultra limites enim obligationis in pactis definitæ extendi, nisi novis pactis, ea nequit. In eo autem circumscriptam video potestatem territorialem, ut, nisi consentiente statu illo vicino, nec, quæ ab antiqua via eaque pactis stabilita recederet, nec antequam cursum mutare possit. Quod tamen non ea ratione intelligi velim, ut exclusum etiam in evitandis viæ muniendæ anfractibus domini territorialis putem arbitrium. Non enim ea hujus generis pactorum esse solet ratio, ut, cum viæ cursum definiunt, minimas etiam illius particulas in eodem, quo tum fuit, statu servandas velint, qui pacta inierunt: id vero tantummodo petitur, ut, salvo ceterum utrique statuum viarum jure, in vicino territorio, ne id suscipiatur, quod eam viarum, qua in utroque territorio cohærent, directionem turbet. Præsertim igitur *capita* quasi viæ pacto definitæ, tam *extrema*, quam *intermedia*, (*die Hauptstand-Punkte*) quibus prospexisse paciscentes, ipsa pacti formula docebit, in hac re respicienda erunt, quæ sc. nova viæ directione transire nulla ratione licet. Multo minus itaque ordinem imperii hac ratione restrictum novam viam, *qua penitus prætereatur vicini territorium*, instituere posse, res ipsa loquitur. Cæterum mutua esse hæc jura, mutua officia, non est, quod addam.

a) In dem nachbarlichen Staats-Recht 3. B. 15. Cap. §. 12. p. 435. f.

L 2


b) Ex

b) Ex. gr. KREITMAYR, in *seinem Bayrischen Staats-Recht*, ex quo varia etiam exempla profert MOSERUS.

§. LVII.

Magis restrictum est jus territoriale tum, cum aut ipsum totum jus viarum publicarum in territorio statui vicino competit; quod cum vectigalium atque conductus juribus in territorio alieno quaesitis nonnunquam in Germania conjunctum deprehenditur: aut certe jure reparandarum viarum publicarum in alieno territorio utitur status vicinitate junctus. Ex multis, quæ hujus rei dari possent exempla, unum proferam, illud, quod novissime, cum de muniendis viis publicis in Suevia ageretur, in quaestionem vocatum fuit. Serenissima scilicet domus Oettingensis, cum vectigalium atque conductus aliisque forte juribus, ex antiquo comitatus jure reliquis, magnam partem controversis, jure etiam reparandi vias publicas in universo illo Sueviæ tractu, quem *Ries* vocamus, neque tantum in terris Oettingensibus, sed in terris etiam aliorum statuum atque immediatorum, quorum bona intra limites illius sita sunt, gaudet. Cui cum novissime contradiceretur ab ordine Teutonico, qui in suis ipsius pagis Pœßlingen & Reimlingen viarum publicarum jus sibi vindicare annititur, eaque propter *pedagium* quoque (*ein Weggeld*) Pœßlingæ exigere voluit, ad consilium imp. aul. delata res fuit, in qua in possessorio certe, quod summarissimum vocant, vicit Domus Oettingensis; uti ex conclusis illustris illius judicii 1774. & 1775. in hac re datis apparet. De qua re, cum pluribus eam hoc loco persequi ex instituti ratione & loci angustia haud liceat, qui plura desideraverit, libellos adeat hac de re vulgatos. a) Quænam vero statui possent atque stabiliri principia universalialia, paucis videbimus. In omnibus omnino, quæ servitutum juris publici nomine veniunt, juribus regalibus primo omnium *leges peculiaves*, quas vicini ordines

dines de illis inter se inierunt, & speciatim *observantia*, seu potius *possessio* ipsa, normam exercendorum jurium illorum limitumque, qui illis positi sint, præscribunt. ¶ Quocirca I.) si totum jus viarum publicarum vicino statui quæsitum esse, non certis omnino indicibus constat, singulæ potius illius partes tantum quæsitæ videntur, ut adeo plus sibi juris in alieno territorio vindicare vicinus nequeat, quam possessione ipsi quæsitum est, quod tamen ita intelligo, ut II.) qui solo jure reparandi vias publicas gaudet, *muniendi* tamen auctoritate quin etiam polleat, equidem ex rationibus supra allatis non dubitem, adeoque nec jus instituendi atque exigendi calceaticum, nec jus inspectionis, atque ita & instituendi, quibus ea demandetur, ministros, & quæ sunt hujus generis alia, neganda ipsi esse putem. Quæ vero legislatoriæ potestatis atque *jurisdictionis* in hac re sunt, vix illi tribuere ausim. Quo ex gr. jus poenas in eos statuendi, qui onere forte modum excedente vias premunt, qui plaustrorum genere alibi prohibito utuntur, quibus calceaticum defraudare animus fuit, rel. jus cognoscendi de ejus generis delictis, jus sibi habendi multas & quæ ex illis fontibus derivanda sunt, alia referenda putaverim. Nec, nisi speciatim quæsitum sit, aliquod ideo jus collectandi, nec ab antiquo viæ cursu recedendi, multoque minus novas in territorio alieno instituendi vias copiam recte illi tribueris. Contra III.) quibus omne jus viarum publicarum in territorio quodam alieno quæsitum est, potiora omnino jura esse facile patet. Juri enim viarum publicarum regali, cum inhæreat etiam de iis, quæ illas concernunt, statuendi jurisque dicundi atque securitatis etiam in viis publicis præstandæ copia: iis, quibus id juris est, non ea tantum, quæ ex ipsa reparandi muniendique facultate fluunt, sed omnia etiam ea, quæ ex legislatoria atque judiciaria potestate derivanda sunt, tribuenda illis esse, equidem arbitrer. Omnia autem, quæ supra potestati territoriali vindicavimus, qui similiter & illis adferenda putaverit, me quidem is minus habe-



bit consentientem. Jus viarum publicarum prouti ab antiquo sæpe in alienis terris quæsitum est, nullibi forte in omni, quaqua patet, Germania omnem eorum, quæ ex potestate territoriali fieri possunt, jurium ambitum complectitur. Speciatim illud *definitæ cuidam viæ*, quantum equidem novi, nunquam non inhæret. Proinde cessat etiam hoc casu jus cursum viæ mutandi; cessat jus illud eminens in vindicandis reipublicæ civium prædiis; cessat novam viam in alieno instituendi facultas rel. Deinde nec collectandi, nec operas alienis civibus imperandi, nisi speciatim quæsitum sit, re ex principiis juris stricti considerata, recte illis vindicatur. Quod reliquum est, difficillimam hanc rem esse, acutiori aliorum iudicio relinquendam, lubens profiteor.

- a) Pro Memoria, an den Hochlöbl. Schwäbischen Krajs - Konvent, die zwischen dem Fürstl. Hause Oetting - Oettingen und Oettingen-Wallerstein und einigen Commenden des hohen teutschen Ritter - Ordens über die Strassen - Reparation in der Grafschaft Oettingen entstandene und nunmehr per sententiam paritoriam vom 14. Sept. 1775. allgerrechtst abgewelte Irrungen betreffend; mit Beilagen von Lit. A. bis K. inclusive. Wallerstein fol. (1776.) Reliquorum libellorum inscriptiones vid. in der Deductionsbibl. I. B. (1778.) Nro. 285. seqq.

§. LVIII.

Qui *vectigalium jure in territorio alieno fruatur*, illius cum domino territoriali is nexus est, ut I.) domini vectigalis (*Zollberrn*) ne viæ, cui exigendi vectigalis utilitas inhæret, directio mutetur, omnino interfit. Quare in instituenda talis viæ munitione ab antiquo illius cursu, incio atque invito illo, recedere nequaquam posse dominum territorialem, mea quidam sententia, certum est. Quo posito multo minus novam viam, qua antiquæ derogetur, ab eo institui posse palam est. Si enim hoc ne tum qui-

quidem licet, cum in detrimentum vectigalis, quo *in suo* utitur status vicinus, vergit novæ viæ institutio (§. XXI.) multo minus hoc nostro casu, cum in *alterius* territorio illud vicino quæsitum est, id arbitrii sibi vindicare potest dominus territorialis. Id vero, quod in hac re domino vectigalis tribui possit, unicum esse, reliqua omnia, quæ in instituenda viarum munitione potestatis territorialis sunt, a libero domini territorialis arbitrio pendere arbitrator. Contra II.) quænam decreta viarum munitione in conferenda sumtuum parte, domini vectigalis officia, domini territorialis jura sint, ex iis, quæ supra (§. XXXIV. not. a.) de hac re differui, generatim definire non aulam. Si ex stricti juris præceptis judicanda res est, nihil omnino, nisi ante institutam munitionem ad pecuniam quandam in viæ reparationem conferendam adstrictus fuerit, domino territoriali hoc nomine obligatum equidem eum crediderim, qui vectigalis jure utitur, cum ex eo, quod antea nihil contulerit, huic certe vectigali reparationis onus non adhærere colligi possit.

§. LIX.

Quæ de conducendi jure in territorio alieno dicenda videntur, ex iisdem fere, quamvis sint, qui aliter sentiant, principiis repetenda sunt, nisi quod hoc casu de conferenda aliqua a domino conductus ad munitionis sumtus pecunia ne quæstio quidem oriatur, cum, quæ ex hoc jure descendit utilitas, ob præstandam securitatem, non ad conservandam viam, concessam esse, omni dubitatione majus sit. Sæpissime hoc jus regale olim solius Imperatoris nomine exercitum, jam regulariter in superioritate territoriali comprehensum, singulis statibus imperii in territorio alieno quæsitum esse, non est, quod probem. Quo frequentius igitur occurrit hæc servitus juris publici, eo dignior est, quæ ponderetur, quæstio, quænam sit hoc casu in muniendis viis publicis pote-

potestas territorialis? quinam illius veri limites? Qua in re veritatem investigaturi optime nobis consulamus, cum, quænam sint in muniendis viis publicis *domino juris conducendi* jura, prius definimus, reliquis scilicet *domino territoriali* omnino falvis.

Domino juris conducendi in via conductus (*auf der Geleit-Strasse*) *in signem juris viarum publicarum territorialis* partem competere palam est. Non enim jus privatum tantum illud est, aut jurisdictione destitutum, sed regale potius, omnique ea potestate instructum, quæ ad consequendum finem præstandi conductus necessaria est. Quare etiam nonnunquam *Geleits-Herrlichkeit, geleitliche Obrigkeit*, vocantur. Male autem ratiocinantur, qui, partium plerumque studio ducti, omne fere jus regale circa vias publicas domino conductus vindicant, domino territoriali nec quicquam relinquunt. a)

Jus quippe conductus est pars juris regalis viarum publicarum, non ipsum totum viarum publicarum jus. Plus igitur juris domino conductus vindicari nequit, quam ex ipsa notione juris conducendi iusta ratiocinatione derivari potest, nisi forte plus juris illi pactis specialibus vel observantia particulari quæsitum sit, vel plane cum jure conducendi ipsum totum jus circa vias publicas conjunctum.

Solum vero jus conductus non omne jus regale circa vias publicas, nec ipsum earum dominium complecti, præter ipsam notionem illius, vel ex eo patet, quod in litteris investituræ fere nunquam non & conductus & viarum publicarum speciatim mentio fiat; quod superfluum sane foret, si jus conductus ipsum quoque dominium ac jus regale viarum publicarum complecteretur, neque separatæ sæpius essent eorum rationes. Frequens enim in
litte-

litteris investituræ est formula: *mit allen Herrlichkeiten, Zöllen, Geleiten, Strassen &c.* cujus quidem rei, qui probationem velit, evolvat quæso solum LÜNIGII Corpus juris feudalis, & plurima illius reperiet documenta. Ex quibus igitur separata hæc jura esse posse apparet, quamvis vere ea sæpe conjuncta esse non negaverim, quod tamen, nisi speciatim ita quæsitum sit, haud præsumendum esse arbitror.

Cui igitur *solum* est jus conducendi, præter ea, quæ ex notione *der Geleitsherrlichkeit* seu *geleitlichen Obrigkeit* iusta ratiocinatione derivantur, quæque in laudo illo Heilbronnenfi ad decidendam, quæ inter Electorem Palatinum multosque ordines imperii &c. de variis juribus orta erat, litem a Gallix Sueciæque Regum plenipotentariis, quos vocant, ¹⁷ Febr. 1667. pronunciatu *b)* egregie illustrantur, *nihil omnino juris in via conductus* tribuendum esse putem. Quare me quidem iudice res omnis eo redit, ut I.) domino territoriali salvum sit in instituenda viarum munitione omne jus territoriale, nisi quod II.) æque ac ob vectigalium jus tertio competens, in mutando antiquæ viæ cursu instituendaque nova, restricta sit illius potestas.

- a) Christoph. Ludov. Will. BUFF in Diss. de conducendi jure Serenissimorum Hassiæ Landgraviorum per Wetteraviam; pars prior & generalis, observationes de conductu ejusque in Germania origine & habitu potiores complexa Gieslæ 1771. §. 3. paucis omnia domino conductus vindicat. Ita ille: „Statim ab initio hic præmonendum duco, juris conducendi sequelam quandam esse, *quod viæ*, in quibus id exerceri solet, *ad ejus, qui jus conducendi habet, dominium referantur.*„ Neque vero hoc dominium probat, si ab allegationibus quorundam eruditorum discesseris. Pergit deinde: „Eam ob causam quondam, cum jus conducendi ad Imperatores ordinarie adhuc spectaret, etiam dominium viarum publicarum iis competiit &c., quasi vero hoc eis haud competiisset, nisi tum temporis adhuc jus conducendi ad eos spectasset.

M

b) Digna

b) Digna sunt verba, quæ inferantur, sequentia: quinto, ut jus conducendi intra ea remaneat, quæ tali in alienis terris per leges & consuetudinem imperii, præsertim fini suo, conveniunt. Quando autem ex privilegiis apparet, ad securitatem & custodiam viarum jus conducendi Electorati Palatino concessum esse, virtute ejusdem competit inspectio viarum pro illo sine, *das Bereiten der Weeg und Håltung der Geleis - Reuter*, indagatio & persecutio latronum, prædonum & similium, per quos viæ publ. infestantur, ut vocamus *das Recht des Ausstreifens*, talium, qui in ejusmodi viis reperiuntur, abductio & punitio. Ut tamen, quidquid eo nomine sit, intra terminos viæ regiæ consistat, ab eo custodiæ viarum præpositi non deflectant, nec vicinis provincialibus molesti vel onerosi sint, sed suis sumptibus sine horum impendio & onere ista omnia expediant. Quodsi, dum sit ea persecutio, malefici a publica via ad vicinales. vel alia loca vicini territorii, profugerint, persecutoribus quidem licitum sit, prosequi, etiam in fuga sistere & apprehendere, non vero abducere, sed tradendi sunt in carcerem his, in quorum locis capiuntur, ab iis puniendi. *Sexto.* Delinquentium, dum conductus præstat, tam eorum, qui conducuntur, inque eorum comitatu sunt, quam qui conducunt, coercitio & pœna ex jure conducendi esto Serenissimi Electoris: Quidquid autem ultra hæc jurisdictionis seu civilis, seu criminalis, est, ex causa conductus non competit, sed iis, quorum vel jus viæ publicæ, vel circa hanc territorii est, quibus & in via delinquentium punitio, ut & cadaverum ablatio, sine impedimento relinquatur &c.,

§. LX.

Consideratis jam, qui *in muniendis viis publicis* ex juribus vicinorum in territorio quæsitis potestati territoriali positi sunt, limitibus, superest, ut de iis breviter videamus, qui *in conservatione viarum jam munitarum* obtinent locum. Oriuntur illi plerumque ex conventionione ante ipsam munionem inter status vicinos inita. Cum enim ea sit plerarumque Germaniæ, majorum etiam, provinciarum ratio inter se mutua, ut tam in insituendis, quam mu-


muniendis, viis publicis, quibus id præfertim intenditur, ut expeditior inter se sit pluribus provinciis copulatio, nisi cum vicinis statibus de suscipienda singularum viarum munitione communia instituerentur consilia, fini, qui propositus est, haud raro minus prospere responurus foret eventus.

Quæ cum ita sint, plures dantur in Germania viæ, *prævia inter vicinos conventionione, qua futuræ etiam earum conservacioni plerumque prospectum est*, munitæ. Ex cujus generis conventionibus, quæ antea nullæ extiterant, singularia oriuntur mutua inter se officia, ex conventionis lege omnino definienda. Qua si de munienda aliqua via vicinis territoriis communi conventum fuerit, hæc fere erunt paciscentium inter se obligationes, ut I.) quilibet ad conservacionem viæ conventionione ista definitæ perfecte obstrictus sit, II.) neque altero invito, nec consentiente, cursum illius mutare, III.) neque novam viam, qua illi derogetur, instituire possit; ita tamen, ut IV.) pro minori ceterum restrictione superioritatis territorialis præsumendum sit; ut adeo eadem, quæ §. LVI. de potestatis territorialis tum, cum pactis antiquioribus viæ cujusdam definita fuit directio, statuendis limitibus dicenda duximus, obtineant locum.

§. LXI.

Tandem, cum frequentiores sint in Germania de ipsa superioritate territoriali, vel de solo forsan viarum publicarum jure, cuinam isthoc in definita quadam regione competat, inter plures imperii ordines controversiæ: non possum non de his quoque pauca addere.

Exemplum litis de viarum publicarum jure inter Oetingenses ordinemque Teutonicum ortæ atque in possessorio summarissimo



fimo decisæ supra exhibuimus. Cui jungi potest alia, eademque admodum illustris controversia; hanc dico, quæ inter serenissimum Marchionem Brandenburgensem atque civitatem imperii Norimbergensem agitata multisque scriptis *a)* pervulgata est, qua ipsum simul jus territoriale in insigni aliquo tractu in quæstionem civitati vocatum fuit; ut taceam, quæ addi possent, alia.

In quibus singulis exponendis, quod nimis longum foret, jam non licet habitare. Unum est, quod ex instituti ratione generatim silentio præterire nequeo, locum sc. esse in his causis sanctioni legis imperii 1667. latæ, in qua quænam membro IV. contineatur de hac re dispositio, supra (§. VIII. not. *a.*) videas. In circulo Franconico de eadem re in concluso circulari 14. Dec. 1765. membro II. eo, ut, cum de eminentioribus istis juribus inter duos forte status sit controversia, via nihilominus, aut ab alterutro, aut ab utroque, communibus tamen utroque casu sumtibus et salvo cujusque jure, munirentur, convenerunt inter se circuli ejus ordines. Salutaria sunt hæc consilia, quæ, ut sancte etiam colerentur, optandum foret. Quibus vero in causis, cum neuter alteri cedere velit, ad judicia tamen imperii istæ lites plerumque deferuntur, in quibus, quatenus tales causæ rem politiæ territorialem & vel circularem concernentes ventilari atque de iis cognosci possit, sectioe ultima videbimus.

a) Libellorum, qui de hac re exstant, inscriptiones dantur in *der Deductions - Bibliothek von Teutschland*, I. B. nro. 609, - 613, & III. B. nro. 6509.

§. LXII.

Quæ de *statibus imperii* eorumque in muniendis viis publicis jure sumus commentati, de *nobilitate* etiam *immediata* Franco-
niam,

niam, Sueviam, terrasque Rhenanas incolente, nec minus de aliis, quotquot extant in Germania, immediatis, qui status imperii non sunt, intelligenda erunt.

Jus enim viarum publicarum, si quæ eorum ditiones tangent, negari illis, nisi statibus singulis, quod sæpe est, speciatim quæsitum sit, me quidem iudice, haud potest. At ne deprehendas quidem, qui id negaverit, quemquam. Ipsum potius Imperatorem, et qui pactum de ea re cum illis pepigit, Electorem Palatinum eorum in hac re jura agnovisse, supra vidimus, quibus accedit, quod singuli etiam circuli cum nobilitate immediata de muniendis viis publicis pactis convenerint, quod, nisi concessio illis viarum publicarum jure, fieri haud potuit.



SECTIO TERTIA.

De munitione viarum publicarum circulari.



§. LXIII.

Inter *circulos* imperii, qui in restaurandis atque muniendis viis publicis operam collocarunt admodum laudabilem (§. X.) I.) priores omnino partes, quod *principum* illius *convocantium* præsertim laudi est atque gloriæ, circulo *Suevico* tribuendæ sunt. Primus ille est, qui de hac re consilia cepit, in quo plerosque adeo principes Germaniæ singulos, temporis ordine, longe

antecedit. Cujus rei initium jam 1737. factum fuisse libellus docet, quo muniendarum viarum publicarum ratio exponitur, circuli nomine eo anno typis impressus, cujus inscriptionem supra (§. V. not. d.) jam dedimus. Et quamvis salutaris hujusce instituti executionem interrumperet mox bellum, quod de successione Austriaca ortum Germaniam vastabat, tantum tamen abest, ut plane quiesceret omnis in ea re labor, ut potius haud desint, qui ea, qua par est, cura hanc rem amplexi, coeptos labores continuandos curarunt. a) Composito bello primum fere, in quo curam, operam, cogitationem denique suam collocarunt ordines circuli, muniendarum viarum publicarum fuit negotium; quod recessus circularis 1749. placitumque inprimis deputationis ordinariæ circularis ejusdem anni testantur. Ex quo igitur, continuo atque indefesso labore, eo res devenit, ut viis munitis jam egregie instructus sit Sueviæ circulus. b)

II.) Circuli Suevici laudabile exemplum secutus c) mox fuit circulus *Rhenanus superior*, quem æque ac Franconicum de captis in hac re consiliis certiorum ille reddiderat. Quo facto primum, ut institueretur universalis viarum publicarum reparatio, in Rec. Circ. 1750. d) sanxere, deinde, cum, quas sibi expetierant, circuli Suevici in adornanda hac re normas acceperint, de modo etiam in instituenda viarum munitione observando in conventibus circularibus 1752. & 1753. consilia cepere e) ordines circulares opus ipsum mox aggressi.

Denique III.) in *Franconico* etiam circulo, similiter a circulo Sueviæ excitato, citius forte muniendarum viarum publicarum cura circularis initium cepisset, nisi, in quo deliberatio de ea re instituenda fuisset, irritus plane exiisset circularis conventus. f) Quo factum est, ut suspensa maneret hujus rei cura, usque dum litteris istis cæsareis 1764. ad principes circulorum convocantes datis denuo excitarentur illius ordines. In conventu igitur circulari anno 1765. habito primum hanc

hanc rem curæ circulari vindicare ceperunt. Potiora in hac re hujus circuli confilia atque instituta continent duo conclusa circularia, alterum 14. Decbr. 1765. alterum 3. Febr. 1769. datum. De reliquis circulis communes in hac re labores adhuc quidem accepimus nullos.

Dignam igitur esse, quæ sectione hac peculiari consideretur, circularem vias publicas muniendi curam atque rationem, nemo facile negaverit. Unum tamen habeo, de quo præmonendum duco lectorem, hoc, *principia me in hac re tantum generalioria exponere, neque in instituta singulorum circularum, si exceperis ea, quæ illustrationis gratia addenda videntur, me excursum esse.*

- a) Patet hoc aus dem Gutachten der löbl. Ordinari-Deputation des Schwäbischen Kraiſes ad delib. I. die Reparation der Weege und Straffen betreffend. dict. Ulm 12. Maji 1749. quod typis impressum est in dem Oetingschen Pro Memoria an den hochlöblichen Schwäbischen Kraiſsconvent contra den teutschen Orden Lit. F. in cujus Membro IV. legimus. „Die Reparation der Straffen, wie solche auf die dauerhafteste und menageuseste Art gemacht werden könnte, so hat man bereits die Probe, daß ein und andere hoch- und löbliche Stände seit der letztern Kraiſs-Schlüsse in dieser Materie Anno 1737. sich auf eine rühmliche Art angelegen seyn lassen, die Straffen in denen Territoriis in einen guten Stand zu bringen, worunter aber einige das Unglück gehabt, daß das Werk aus Mangel experimentirter Leute entweder gar bald ins Stecken gerathen, oder aber, daß dieselbe in sehr große Kosten versenket worden, ohne in der Hauptsache zu reiffen, daher man dann nach dem Exempel der Herzogl. Württemberg. Lande, wo man bereits annoch mit Ernst an diesem Werk begriffen, und der in dem Hochfürstl. Baaden-Baadiſchen und Baaden-Durlachiſchen gebrauchten Methode, wo man mit Reparation der Straffen schon wirklich zu Stande gekommen,

vor



vor das sicherste und beste gehalten, die vorhabende Haupt- Reparation. &c.,

- b) Historiam munitionis viarum in Suevia vide in MÜLLERI Dissert. sæpe cit. §. 45. seq. Quænam vero speciatim ab initio consilia in hac re ceperit, ex alleg placito deputationis ordinariæ optime colligi potest.
- c) Sueviæ exemplo ad egregium hoc institutum excitatum se ipsemet profitemur ille circulus tam in recessibus suis, quam in litteris, quas Principes illius convocantes ad Principes Sueviæ convocantes d. 4. & 12. Apr. 1753. dederunt, in quibus ita; „Euer Liebden Liebden ist noch wohl erinnerlich, was auf räumliche Veranlassung eines löbl. Schwäbischen Krayses der Oberrheinische wegen der gemeinnützlich und nothwendigen Landstrassen- Herstellung im Jahr 1750. beysällig an denselben geantwortet. Wir haben ferner nach zur Hand gebrachten vor trefflichen Maasregeln, die wohl erwähnter Kraifs in Schwaben zu Ausführung dieses heilsamen Werks fest zu stellen gut gefunden, dieses hochandringernde Geschäft &c. &c. MOSERS Staats- Archiv 1753. VII. Th. 7. Kap. S. 92.
- d) Oberrheinischer Krays- Abschied von 1750. Nro. IX. wurde auf das von dem löbl. Schwäbischen an den disseitigen Krays wegen Reparation der Land- und Heerstrassen eingelangte Schreiben vom 12. Maji Num. 24. die Vorantwort um gleichmäßige Communication deren zu diesem nützlichen Zweck allda genommenen Maasregeln, Nr. 25. beliebt, und hiernächst abgeschlossen, daß, weilen leicht vorzusehen, wie diese Sache in ihrem ganz weitläufigen Umfang zu berichtigen, bey dermaliger Krays- Versammlung die Zeit nicht kleeke, die Quæstio an? als nemlich eine General- Reparation und Herstellung dieses löbl. Krayses gesamter Land- und Heerstrassen, dem Schwäbisch- löbl. Vorgang nach, ebener massen, als gemeinnützlich und nothwendig, vorzunehmen, einzuweilen fest zu stellen. &c., MOSERS Staats- Archiv 1751. II. Cap. V. S. 62.
- e) Rec. circ. Rhen. sup. 29. Mart. 1752. Artic. VII. ad del. 13 in MOSERI Staats- Archiv 1752. VII. Th. I. Cap. S. 12.

f) In-

f) Inter deliberanda conventus 1. Octobr. 1751. instituendi etiam erat hoc: *Wie 12), auf des Schwäbischen Kraiſſes dorthin wegen Verbesserung derer Landſtraſſen, und Abſtellung der Gabelſuhren mangelhafte Verordnung, die gemein verläſſige Entſchließung zu nehmen, und das ergebige alsdann an Schwaben in freundnachbarlicher Antwort und Gegen-Erklärung abzugeben ſeyn wird. Etc.* MOSERS Staats-Archiv 1751. II. Th. 2. Cap. S. 11.

§. LXIV.

Circulorum potestas generatim considerata duplex potissimum est: altera, quæ legibus observantiaque imperii nititur *universalibus*, adeoque circulis omnibus pariter ac singulis, communis; altera, quæ vel *peculiaribus legibus pactitiis*, conclusis videlicet atque recessibus, vel *observantia particulari* singulorum circulo- rum, debetur. Negotia, quorum omnibus circulis communis est cura, negotia circularia *universalia* recte vocantur, a *particularibus* negotiis circularibus, quæ uni alterive circulo propria sunt, distinguenda. Rationi, qua differunt, haud exiguum momentum inest, in modo præsertim concludendi conspicuum.

Nimirum I.) in *universalibus* plurium suffragiorum ea est vis & copia, quæ concludat; si ab exceptionibus recesseris, quæ in ipsis etiam comitiis imperii universalibus obtinent: cum in *particularibus* ex ipsis legibus observantiaque particularibus illius circuli, quænam in singulis negotiis plurium suffragiorum vis sit, unice pendeat. Ubi enim circulis deest potestas ab Imperatore atque imperio ipsis delata, ibi, si *nexum plurium ordinum imperii de re communi communiter inter se* vel expresse, vel tacite, *statuentium* exceperis, fontem potestatis alicujus in circulum transferendæ deprehenderis nullum. Quod cum ita sit, nexus ordinum circularium inter se in negotiis istis particularibus tamdiu erit mere *socialis*, quamdiu nec expresse, nec tacito, omnium

N

con-

consensu eo deducta res fuerit, ut concludendi vis plurium idem sentientium suffragiis tribueretur.

Deinde II.) quænam circulatorum potestas sit, cum in negotiis illis universalibus ex lege imperii, scripta, non scripta, debeat judicari, in particularibus id, quantum potestatis omnes & singuli ordines in universum circulum transtulerint, in hanc rem erit videndum. De quo an fallant, quæ statuo, principia, I.) non plus juris in illis rebus universo circulo esse posse, quam singulis statibus ex superioritate territoriali sit, et II.) pro minori restrictione potestatis territorialis præsumendum esse; aliorum erit, dijudicare.

§. LXV.


Quibus præmissis, quid de *muniendarum viarum publicarum negotio* sentiendum sit, id quidem facile, opinor, intelligetur. Nimirum I.) *universale illud negotium circulare* constituere, equidem nulla re adducor, ut credam. Deest enim lex imperii, quæ *munitionem* viarum publicarum statibus imperet; deest, cui id efficacitæ insit, observantia universalis. Quapropter utrum *munire* vias velint ordines imperii, an minus: arbitrio domini territorialis ex regula supra (§. XVI.) vindicavi. Quod cum verum sit, *muniendarum* viarum curam circularem in universum circulum ex ordinum consensu expresse in hac re declarato transiisse, atque ita particularibus, quæ vocavimus, circulatorum singulorum negotiis adnumerandam illam esse putaverim. Neque, ut contra sentiam, me movent litteræ Imperatoris 1764. in circulos emissæ. Quamvis enim Imperatoris omnino, ut ex functione legis imperii anno 1667. latæ rite conserventur viæ publicæ, cura sit suprema, cui media qualiacunque legitima, judicialia, extrajudicialia, infer-
viant

viant necesse est: quamvis igitur & circulis hanc curam ab Imperatore demandari posse verissimum fit: id tamen, si de perfecta quærat obligatione, non nisi de antiquo reparandi modo verum, de instituenda autem munitione ex ratione supra allata negandum videtur.

Quod quamvis ita se habeat, multum tamen ad promovendum hoc institutum contulisse Imperatorem, & in ipsis etiam istis litteris *munitionem* respexisse certum est; qua tamen in re non tam *mandata* dedit, quam, interposita auctoritate cæsarea, paterna, quæ saluti imperii promovendæ invigilat, cura salutare institutum anplexus, excitavit potius, ut curandam sibi hanc rem fumerent, circulos, quod ex ipsis litterarum istarum verbis (§. V. not. g.) apparet. Stat igitur sententia, *munitionum* viarum publicarum curam, quibus ea circulis fit, *particularibus* eorum negotiis accensendam, inde ex legibus singulorum circulorum esse æstimandam.

§. LXVI.

Ex quo, I.) quinam potestatis circularis in hac re limites sint, mox colligi licet. Supra enim (§. LXIV.) in ejusmodi negotiis plus juris, quam in superioritate territoriali contineatur, sumere sibi circulos non posse asseruimus; quod et in hac re speciatim verum esse contendimus. Quantum autem potestatis intra istos limites spectatæ circulis sit, ex legibus cuique propriis oportet judicari. Ex quo II.) inferimus id, eadem fere, quæ de munitione *territoriali* tradidimus, hic quoque suum sortiri locum, neque nisi in nexu plurium in hac re inter se lege statuentium, & in modo eam rem tractandi aliisque nonnullis erga alios respectibus proprii quid in circulari *munitionum* viarum cura observari. Ceterum III.) nec omnia, quæ potestatis territorialis sunt, in circulos



culos transferri solere observamus, relictis sc. dominis territorialibus, quæcunque ad obtinendum finem, qua *communem*, non faciunt, juribus atque institutis reliquis.

§. LXVII.

Eadem, inquam, quæ in *territoriali*, etiam fere in *circulari* viarum munitione locum obtinent. Speciatim I.) in adornanda munitione 1) ut instituaturs illa, pactitia lege decernunt (§. XVI.) 2) legibusque circularibus rem instruant (§. XVII.) & vel 3) si visum fuerit, de inspectione quadam circulari inter se convenire possunt, (§. XVIII.) quamvis ea singulis plerumque statibus relinqui soleat, nisi quod principibus convocantibus & in Suevia etiam singulorum quadrantium, de quibus infra, directoribus, qua ratione succedat negotium & an observentur circuli conclusa, peculiaris cura atque inspectionis jus sit; 4) tractus, quorum munitio decreta, visitandos, emetiendos, palisque distinguendos curant, atque ita cursum viarum decernunt (§. XIX.) 5) de novis viis, si velint, inter se & cum vicinis circulis convenire possunt, (§. XX. seqq.) eadem, qua domini territoriales singuli, ratione restricti. 6) ad evitandos quidem anfractus locaque munitu difficilia antiquam directionem viæ sæpe relinquunt, novam statuunt *a*), juris tamen eminentis dominis territorialibus plerumque relinquunt exercitium (§. XXXI. fq.) 7) ad conservandas vias munitas, quidquid expedire videtur, statuunt *b*) (§. XXXIII.) rel. Deinde II.) de *conferendis* etiam *sumtibus munitionis atque conservationis* consilia capiunt, qua in re 1) nexum quidem inter principem ejusque subditos illis relinquunt, 2) magisque in definienda statuam inter se respectu habitent, de qua re mox sigillatim videbimus; 3) in instituendo autem calceatico eodem, quo singuli status, in commune jure utantur, *iusdem* etiam in hac re limitibus circumscripti (§. XLI. seqq.).

Qui-

Quibus omnibus, cum eandem incudem denuo nolim tundere, ulterius non immoror, ea jam, quæ ex instituto circulari, nexuque ordinum circularium inter se mutuo, in muniendarum viarum cura circulari singularia sunt, disquirens.

a) De qua re tamen in concluso circulari Franconico 3. Febr. 1769. Nro. 1. fancitur: *Worbenehst aber wäre dieses noch schlüssig anzumerken nicht zu übergehen, daß insgemein bey dem Strassenbau auf alle nur mögliche Abkürzung der Krümmen die vorzügliche Rücksicht genommen, und, wo jedoch für so vorträglich, als notwendig, ermessen werden sollte, hierunter einige neuerliche Einrichtung in der Zwischenlag seines Land - Gebiets zu machen, die veränderte neue - in die alte Landstrassen jedesmals wiederum eingeleitet werden mögen, zu welchem Ende dann, sich vorläufig beyde Nachbarn mit einander wohlbeträglich zu benehmen - daherengegen ausser dem Erfolg einer schiedlichen Abkunft die alte Landstrasse unverrückt bey - und in brauchbaren guten Stand zu erhalten wäre.*

b) ex, gr. ut taceam leges antiquiores, conferri possunt litteræ patentes circuli Suevici, quibus prohibentur *die über 50. - 60. Centner schwer beladene Last - und Güterwägen* in venerandi MOSERI Staats - Archiv 1751. I. Th. 16. Cap. pag. 116. Jam 1755. fecutæ sunt aliæ ejusdem tenoris. MOSERUS all. I. 1755. VIII. Th. 3. Kap. pag. 236. In circulo etiam Franconico litteris patentibus d. 30. Octobr. 1767. datis tam usus *der Gabelfahren* sub restrictione quadam, in qua Saxoniz ratio habita tuit, prohibetur, quam pondus in plaufris vehi licitum definitur.

§. LXVIII.

Singularis circulari instituto est *modus, quo in muniendis viis publicis præstandisque sumptibus inter se concurrunt, plures, quorum interest, ordines circulares, alique, quorum, quamvis status circulares haud sint, in tractu prædia sunt, quod die Concurrentenz, recepto nomine, appellari consuevit.*

Is enim in singulis circulis mos invaluit, ut omnes, quorum interest, uti in *definienda viæ*, cujus munitio, determinatis locis principibus, jam decreta est, *directione*, ita in *conferendis etiam sumtibus* concurrant.

Qua in re *primo* ipsorum statuum circularium inter se, *deinde* reliquorum immediatorum erga circulum, respectus erit considerandus.

§. LXIX.

Modum, quo in conferendis ad hanc rem sumtibus inter se utuntur, non tam ad stricti juris principia, tanquam una aurificis statera, examinandum, sed ad æqui & boni potius regulas reducendum duxerunt ordines circulares. Quid? quod *principia* in definiendo hoc, quem vocant, concurrenti modo *generalia* adstrui vix possunt, cum, ut in rei societatem vicini descendant, si in suo muniendam forte curaverint aliquam viam, status perfecto jure a se invicem postulare nulla ratione possint; ut adeo, quænam in modo concurrenti poni possint principia generalia? inanis plane quæstio foret.

Aequitatis igitur in hac re studiosi ex nexu potius sociali rem omnem pensitarunt, omnesque eos, quorum interest, seu in quos ex munitione alicujus viæ utilitas redundat, in sumtuum etiam societatem vocarunt. In definiendo itaque, quo ad conferendos sumtus plures concurrant, modo I.) iis, quibus ante institutam munitionem fuit onus reparandi vias publicas, ut sumtuum pars relinquatur, res ipsa loquitur. Cumque II.) tam in eos, qui vectigalium jure in via munienda gaudent, quam III.) in loca viæ munitæ plane contigua seu ea, per quæ via dirigitur, multum ex munitione redundet utilitatis, ab his quoque, ut insignior quædam

dam sumtuum pars conferretur, æquum judicarunt; IV.) reliqua eorum parte inter eos distribuenda, qui loca habitant, in vicinia viæ munitæ sita, neque ultra duos vel tres lapides (2. *bisß* 3. *Stunden*) a via munita ex utroque illius latere remota sunt. Quæ quidem res omnis, cum de stabiliendo demum modo *der Concurrentz* generatim statui nihil possit, ex conclusis singulorum circulatorum judicanda est. a)

Quamprimum autem principia quædam generalia hac in re stabilita sunt, I.) in singulis casibus *jus* ex illis *perfectum* nasci, nemo non videt, ut adeo, cui muniendus aliquis est in suo territorio viæ tractus, perfecto jure ab illis, quos, ut ad sumtus munitionis concurrerent, ab initio institutæ munitionis æquum judicarunt, hoc exigat. II.) Posita autem hac obligatione perfecta mutuaque, in singulis tamen casibus de concurrenti ratione inter se, quos specialis ille viæ publicæ tractus tangit, conveniendi non sublata est necessitas, cum in quovis casu peculiari peculiariora etiam esse possint consideratu digna, neque in definienda ex. gr. pecuniæ summa generalia poni possint principia. III.) Quod si quis, cui, ut in munienda ab alio statu via concurrat, ex principiis circularibus incumbit, præstare, quod æquum est, renueret, cum *perfecte* obligatus sit, conveniri atque cogi eum posse manifestum est, pecuniæ summa hoc casu ex æquo & bono definienda.

IV.) Ipsa concurrenti ratio variat. Concurrere enim possunt, quibus id incumbit, aut *pecunia*, aut præstandis *operis publicis*, aut *munitionem definiti cujusdam viæ tractus suscipiendo* (*durch Uebernahm einer gewissen Rutbenzahl an der Strasse*) ex quibus, quemnam eligere velint, ut inter se, quorum interest, conveniant, necesse est. V.) In circulo tamen *Franconico*, ut iis, qui ab aliis *concurrentiam*, quam vocant, non exigat, nec aliis

aliis ad præstandam illam obligatus sit, lege circulari b) diferte sancitum est. Quod in circulo etiam Suevico usu venire videtur.

Ceterum VI.) qua ratione in singulis casibus ii, quibus ex legibus circularibus id officii erga vicinum incumbit, concurrere ad institutum salutare debeant, de ea re aut publico circuli nomine agitur, aut singulis, quorum interest, statibus, ut amice inter se conveniant, relinquatur.

- a) Juvat illustrationis gratia addere, quæ de hac re sancit *das Gutachten der Ordinari-Deputation des Schwäbischen Kraises vom 12. Maji 1749.* „Ratione modi bey Etablirung eines Concurrenz-Fusses aber, waren vorderist diejenige Stände, welche die Zölle und Weggelder beziehen, auch, wenn ex pacto vel observantia das onus reparandi vias publicas sonst obliegt, zu Uebernahm eines vorzüglichen Theils zu vermögen. Sodann diejenige Herrschaften und Communen, durch welche die Straßen immediate gehen, und deren Unterthanen von der Passage einen vorzüglichen Nutzen ziehen, gleichfalls zu einem besonders ergiebigen Beytrag zu disponiren, die angränzenden Stände aber nach Vorliegenheit der Umstände, und des dem ganzen District darunter zugehenden Vortheils, nach Billigkeit beyzuziehen, allenfalls aber ein unmaßgebliches Project zu entwerfen, nach welchem die Concurrenz eingeleitet und mit Effect etwas versaget werden könnte: wie dann und wann allenfalls in ein- oder anderen Districten der Modus faisabler seyn sollte, die Weeg-Reparation unter Aufsicht eines in der Sache verständigen Conducieurs durch eine Natural-Concurrenz an Hand- und Fuhr-Frohen zum Stand zu bringen, man auch diesen Weeg einzuschlagen kein Bedenken haben dürfte; „
- b) *Fränkisches Kraiss-Concl. vom 3. Febr. 1769. Nro. 4.* „Im übrigen wäre aber 3) der unmisskennlichen Regel der Billigkeit ganz angemessen, und ist auch zugleich inter Status ganz insbesondere verabredet worden, daß derjenige Stand, welcher von seinem Nachbar keine Concurrenz zur Straßen-Verbesserung verlange, auch zu dergleichen Ableistung im Wechsel nicht gehalten, und zu vermögen seye, sondern, wo ein ausnehmend beträchtlicher Umstand

stand dißfalls ins Mittel trettete, beiden Theilen angerathen werde, sich hierunter selbst ebenfalls schiedlich zu vertragen, bey allenfalls nicht zu erreichen seyender und schiedlicher Auseinandersetzung aber beyden unbenommen bleibe, es am Ende auf die Entscheidung des Krayßes ankommen zu lassen.

§. LXX,

De ipsis circulorum ordinibus expedita res est. Quid vero de nobilitate immediata, aliisque membris imperii immediatis, sentiendum sit, altius videtur repetendum. Quibus quæ cum circulis eorumque institutis integros circulos concernentibus ratio sit, antiqua lis est, quam quidem hoc loco vel præcipitem evolvere nimis longum foret. Unde sufficiat, quid in ejusmodi institutis singulorum circulorum, ut, quem sibi propofuere, finis obtineatur, fieri solet, non omnino præteriisse. Varia cum dentur circulorum negotia, in quibus, nisi omnes omnino, quorum bona in circulo sita sunt, in societatem vocentur, ad eum, qui in votis est, scopum vix pertingatur; familiare circulis est, submissis Imperatorem precibus adire, ut, quæ est suprema illius auctoritas, ne nobiles alique immediati communi instituto & quod forte cum eo conjunctum est, oneri se subducant, statuatur. Quam quidem viam cum etiam hac in re ingressus sit circulus Suevicus, a) peculiaribus mox litteris Cæsareis, patentes vocamus, id impetratum fuit, ut, ne a conclusis circuli Suevici in hac re recederent, sed, ut communem potius cum circulo causam agerent, auctoritate Cæsarea injungeretur nobilitati immediatæ aliisque in Suevia immediatis. b) Quo factum est, ut salutare consilio mox cum nobilitate immediata atque reliquis immediatis hæc res instrueretur. Quibus principiis postea etiam circulum Franconicum usum esse, ex illius concluso 14. Dec. 1765. apparet. Eadem fere quæstio in bonis etiam statuum vicini forte circuli, quæ intra limites alius circuli sita sunt, oriri potest; quæ cum aut vere vicino circulo juncta sint, aut non sint,

quorum priori casu, ut uterque circulus de ea re inter se conveniat, necesse erit: posteriori, quæ de reliquis bonis immediatis in circulo sitis observanda sunt, eadem in his etiam obtinent locum.

a) All. Placitum ordinariæ deputationis Circ. Suev. membr. V.

b) Litteræ istæ patentes exstant in perill. MosERI Staats - Archiv 1751. I. Th. 10. Kap. S. 100.

§. LXXI.

In modo, quo de instituenda viarum publicarum munitione in circulis deliberari atque concludi solet, primum est, ut, quænam plurium suffragiorum in hac re vis sit & efficacia, videatur. Quam quidem quæstionem ex iis, quæ supra (§. LXIV.) generatim præmonui, iudicatu haud difficilem esse putaverim. Nimirum I.) sub initium instituendæ munitionis, cum desit lex imperii obligationem involvens, cessat omnino, qui in causis circularum curæ lege imperii demandatis, aliisque forte negotiis circularibus, locum fortitur, ordinarius per majora concludendi modus, nec nisi amica conspiratione communia in hac re consilia atque conclusa capi posse manifestum est, quod ipsis etiam conclusis circularibus a) firmatum videtur. Conclusis autem, in quibus inter se convenerunt singulorum circularum ordines, singulos deinde perfecte obligari, non est, quod moneam.

II.) An in *prosequenda viarum publicarum munitione*, cum jam concluso unanimi decreta illa fuerit, plures numero statuum sententiæ reliquos vincant, legisque instar circularis habendæ sint, ex eo pendet, utrum concluso aliquo unanimi aut observantia circulari indubia id juris in ea re statutum fuerit, nec ne? Quodsi factum non sit, nec in prosequendo salutari instituto, ordina-

dinario concludendi modo locus, sed amicæ potius statuum conventioni relinquenda res ista erit.

- a) Non frustra posita videntur verba in dem Gutachten der Ordinari-Deputation des Schwöbischen Kraises vom 12. Maji 1749. „Da in dem unterm 5ten Jun. 1737. darauf erfolgten Concluse die Questio an? unanimiter festgesetzt worden, dermahen auch in denen von verschiedenen hoch- und löbl. Ständen abgeforderten gutächlichen Gedanken die einstimmige Meinung dahin gehet, daß Etc. Etc. Quibuscum conveniunt, quæ in conclusis circuli Franconici leguntur, sc. concluso 14. Dec. 1765. „In der Verbesserungs-Sache derer Heer- und Commercial-Straßen — ist man des dafürhaltens, und hat sich dahin einverstanden Etc. & in concluso ejusdem circuli 3. Febr. 1769. „Nachdem die den 9. Dec. nächsthin — die Verbesserung der Landstraßen belagend, abgelegte Stimmen in einem und andern, eines Theils unterschiedlich, andern Theils auch noch nichts gewisses bestimmend ausgefallen sind, so daß daraus nichts schlusfügiges sich ergeben —; Als ist bey der Sachen gepflogenen mehrmaligen reiflichen Ueberlegungen sich über nachstehende Maasregeln vereinbart und geschlossen worden Etc.

§. LXXII.

Ceterum suo quisque hæc negotia tractandi modo utitur circulus. Franconiæ terrarumque Rheni superioris circuli, quantum equidem novi, consueto negotia in comitiis circuli universalibus tractandi modo utuntur. A quibus egregio fane instituto hac in re diversum videmus Sueviæ circulum, cui de munitione viarum publicarum circularium per quadrantes circuli (*in den Kraiß-Vierteln*) deliberationes instituire omnemque fere eam rem curare solemne est. Quamvis enim, quod abunde testantur recessus circulares, in universalibus circuli conventibus quotannis fere deliberationum objectum etiam constituat reparandarum viarum publicarum cura, hæc tamen potissimum per quadrantes

circuli (*Kreis-Viertel*) & in conventibus singulorum quadrantium aliisque eam in rem institutis conferentiis, quas vocant, exerceri solet. Singulis nimirum quadrantibus circuli est cura reparandarum viarum publicarum, secundum principia in conventibus circuli universalibus stabilita. Unde singulis quadrantibus a conclusis circuli, quibus potius omnes illorum ordines obligantur, recedere integrum non est. Multum tamen illis relictum. I.) enim a circulo in universum non nisi generatim viarum publicarum directio, nominatis sc. locis principibus, definiri solet. Quænam vero per districtus intermedios atque loca in illis sita esse debeat earum cursus, quis concurrenti modus rel. in conventibus quadrantium potius & vel singularibus ordinum alicujus regionis colloquiis definiri solet, ita ut conclusa circuli universalis in singulis circuli regionibus executioni mandare, directoriorum in singulis quadrantibus curæ relinquatur. a) II.) Sunt quidem haud raro impedimenta hujus negotii in commune metuenda; quibus igitur, ut communi consilio atque studio obviam eatur ab universo circulo, nemo est, qui non percipiat. Quale impedimentum ex. gr. ab initio susceptæ reparationis fuit illud, quod de prædiis eorum, qui, quamvis non sint ordines circulares, bona tamen geographice in circulo sita possident, oriri potuisset. De tollendis igitur hoc aliisve impedimentis in commune metuendis in conventibus universalibus deliberationes institui solent. Quæ vero non nisi in singulis quadrantibus singulisve eorum districtibus reparandarum viarum curæ obstant, impedimenta, communia numero longe superantia, de illis commodius sane in particularibus istius modi conventibus, quam in universalibus, deliberationes institui atque consilia, quæ necessaria videntur, capi posse, facile intelligitur. Quare hujus generis impedimenta ab ipso etiam conventu universali ad singulorum quadrantium directoria remitti solent. b)

Præ-

Præterea III.) singulis quadrantibus de momentis, lege circulari non definitis, lege quasi pactitia statuendi negari haud potest facultas; quoad usque sc. fieri illud potest absque violatione legum circularium. Quæ cum vel singulis dominis territorialibus copia sit, ut nimirum, quatenus nondum circumscripta sit potestas eorum territorialis, liberum illis relinquatur, territoriali hac potestate uti: quin omnes quoque totius alicujus quadrantis ordines in commune eodem jure recte utantur, quis dubitaverit?

Is tamen est singulis quadrantibus cum universo circulo nexus, ut, quoties eorum directoribus necesse videatur, in conventu circuli universali, quomodo succedat negotium, speciatim, quænam adhuc obstant impedimenta eo usque vinci nefcia, circulari forte curæ dein relinquenda, referre possint; c) uti nec integro circulo singulos quadrantes eorumque directoria, si quæ sunt, quæ minus recte gesta videantur, haud negari possit mendi facultas.

Plura de egregio hocce instituto, quod alio fine adornatum ordinationi circulari originem debet, hoc loco addere, instituto ratio non permittit.

a) REC. CIRC. SUEV. 1753. ad del. I. „So hat man ad Delib. I. Auf was Art die in Straßen-Reparations-Sachen abgefaßte verschiedene Kraiß-Schlüsse nach der allerhöchsten Intention Kayserl. Majest. zum Vollzug zu bringen? eigentlich von allgemeinem Kraißes wegen nichts neuerliches zu verordnen gewünscht; sondern denen hohen Viertels-Directorii die bereits vorhandene verschiedene Kraißschlüsse in ihren Districten ad Effectum zu bringen überlassen etc.“

b) REC. CIRC. SUEV. 1753. ad Del. I. *Inmassen dann auch, nachdem ab Seiten des Reichsgräflichen Hauses Oettingen, wegen der von dem ltbl. Fränkischen Kraiß, der strittigen Straßen-Reparation halber,*

halber, abgeschickten Mannschaft die sub Nro. 4. ersichtliche Beschwörung eingekommen, man -- sich bey gegenwärtig sonst auf dem Schluß gestandenen Kraiß - Konvent mit dieser Sache zu beladen, und dadurch den Kraißtag zu verlängern Bedenken getragen, sondern als eine in dem Württembergischen Viertel sich ereignete Particular - Streitigkeit dasigem Directorio durch gütliche Unterhandlungen abmachen zu lassen, anheimgegeben.

- c) REC. CIRC. SUEV. 30. Jun. 1752. ad Del. I. ubi ita. „So Seynd ad prius die samliche Viertels - Directoria bald anfanglich ersucht worden, das Strassen - Reparationsgeschafft in ihren Kraiß - Vierteln möglichst befördern, die Impedimenta aus dem Weeg raumen zu lassen, oder im Anstandsfall die Sache bey dem allgemeinen Kraißconvent anzubringen; In welcher Absicht dam sowohl Viertels - als Special - Districts - Conferentien unter denen interessirten Ständen zerschiedentlich abgehalten &c.,“

§. LXXIII.

Decreta atque instituta munitione viarum publicarum *circulari* singulos ordines in exercenda ea quam sectione II. illis vindicavimus, *territoriali* potestate restringi, omnino certum est. Qua autem in re, cum iidem fere videantur esse limites, quos supra in munitione viarum publicarum pactis cum vicinis statibus initis definita locum habere diximus, huic rei jam non immorabor.

§. LXXIV.

Tandem de nexu etiam plurium circulorum inter se aliquid addendum videtur. Nimirum I.) quæ de singulorum territoriorum inter se respectu supra asseruimus, eadem, sæpius certe, de circulis etiam vera sunt. Quare non raro inter se de muniendis viis publicis utuntur litterarum commercio & vel communia in-

eunt

eunt in hac re confilia. Circulum Sueviæ, cum viarum muniti-
 onem decrevisset, vicinos circulos Franconicum atque Rhena-
 num superiorem de eo certiores reddidisse supra vidimus. Vi-
 cissim de muniendis quibusdam viis publicis, in quibus circuli
 Suevici interesse visum fuit, certiore hunc reddidisse circulum
 Rhenanum superiorem, litteræ a principibus illius convocantibus
 ad principes Sueviæ convocantes datæ a) comprobant. Qua vero
 in re cum ex amica conventionione vicinorum circularum res omnis
 pendeat, quod ultra addam, habeo nihil. Majoris momenti
 II.) tum oritur quæstio, cum vicinorum circularum in limite ter-
 ritoria forte inter se confusa, vel intra limites unius circuli,
 quæ a statu alterius circuli possidentur, bona sita sunt. In quo,
 quamvis, expedita quæstione præjudiciali, ad cuiusnam circuli
 terras ea pertineant, nec implicata sit illius resolutio: difficiles
 tamen oriri posse quæstiones, lis inter principes Oettingenses
 ordinemque Teutonicum, cujus supra mentionem fecimus, satis
 superque docet, in qua Franconiæ circulus reparandæ viæ publi-
 cæ curam ideo sibi vindicare voluit, quod in pago Pfœfflingen
 collectandi jure gaudeat Franconiæ ballivia. Quam tamen ratio-
 nem sufficientem haud judicavit consilium imperiale aulicum b).

a) Litteræ extant apud perill. MOSERUM *im teutschen Staats - Archiv*
 1753. VII. Th. 7. Kap. pag. 93.

b) *Reichs- Hofraths- Concl. in Sachen Oettingen contra Teutschorden d. d.*
Jovis 14. Sept. 1775. 7) Rescribatur quoque dem Fränkiſchen
Kraiß: Ihro Kayserl. Majest. könnten ſeinen gemachten Anspruch
auf das Straßenbau- Weesen in den teuschordischen, im Rieß ge-
legenen Ortschaften, als auf eine Fränkiſche Kraiß- Sache, aus
der bloßen Collectabilität des Dorfs Pföflingen an
die Balley Franken die nur auf einem Privat- Contract
beruhe, noch zur Zeit nicht gegründet finden. Er habe also,
wie Ihro Kayf. Maj. sich dessen gänzlich versehen wollen, der Be-
ſteuerung des Dorfs Pföflingen unabbrüchig, und biß er in ſe-
parato

parato der Kraiſs-Verwandtschaft halber ebenfalls ein anders ordentlich ausgeführt, die Straßenbau-Sache im Rieß, dem Schwübischen Kraiße, wohin dieselbe gehöre, fürhin nicht anzustreiten, mithin alles, was der Verfassung, Ruhe und Ordnung der Kraiße entgegen seyn könnte, zu entfernen.,



SECTIO QUARTA.

De iuribus Imperatoris atque Imperii in munitione viarum publicarum tam territoriali, quam circulari.



§. LXXV.

Supereſt, ut; quænam ex nexu, quo & ſingula territoria, & ſinguli circuli ſub ſuprema Germaniæ poteſtate continentur, in munitione viarum tam territoriali, quam circulari Imperatoris atque Imperii jura ſint, diſpiciamus. In qua re, cum plura jam, quæ ſeparari vix potuerunt, in prioribus ſectionibus occupata ſint, breviffimus ero.

§. LXXVI.

Primo namque ex eo, quod in muniendis viis Germaniæ publicis nihil adhuc curandum ſibi ſuſcepit univerſum imperium, nequa-

nequaquam sequitur, ut non possit illud fieri, cum certissimum potius sit, posse omnino Imperatorem atque imperium, quorum est legislatoria Germaniæ potestas, insignem hancce politiæ partem, arcte illam cum commerciorum flore cohærentem, suæ curæ vindicare, de viis publicis universalibus per Germaniam ducendis muniendisque consilia capere & vel munitioni viarum territoriali atque circulari normas præscribere, omnemque hanc rem, ut uno omnia complectar, legibus imperii universalibus definire. Inesse enim supremæ in Germania potestati etiam *supremam politiæ curam*, quæque inde sequuntur, jura omnia, vel ex uno hoc fatis superque patet, quod & universales olim & speciales postea politiæ leges sæpius tulerint Imperator atque imperium. Accedit, quod in ipso pacis Westph. instrumento a) inter alia etiam *reformatio politiæ* ad proxima comitia, quæ vero haud adeo male cum Calendis Græcis jam in ipso pacificationis conventu comparavit legatorum aliquis, remissa fuerit; argumento evidenti, in potestate Imperatoris atque imperii sitam esse, de causis politiæ imperii spectantibus in commune decernendi, copiam. Neque obstat, detrimento forsan id fore potestati territoriali. Ea enim ipsa est supremæ in Germania potestatis, quam omnes illius speciales respublicæ agnoscunt, vis & efficacia, ut potestati etiam territoriali limites ea ponere possit legibus universalibus. Cui tamen rei nolim immorari diutius, cum, quamvis sint, qui id in votis habeant b) nec in posterum facile munitionem viarum publicarum in Germania ad curam politiæ universalem revocatum atque ita in comitiis imperii de ea re statutum iri, prævidere quis possit, qui internam reipublicæ nostræ compagem non ignorat.

a) Art. VIII. §. 3.

b) Prodiit sc. ante aliquot annos libellus huc faciens: von SPONS
Vorschlag zu Anlegung einer Kreuzstraße in Teutschland. NOVILLI-
 P



viffimeque familia dedit confilia von LÜDER in dem vollftändi-
gen Inbegriff aller bey dem Straßenbau vorkommenden Fälle &c.
ubi der III. Abfchn. der VIII. Abth. infcribitur: Vorfchlag,
wie Teufchland mit Chauffées durchkreuzt werden könne: der IV.
Abfchn. der VIII. Abth. von einer anzuordnenden Reichs - Weeg-
Comiffion.

§. LXXVII.

Imperatori fpeciatim non tantum I.) fecundum expreffam
capitulationis fuæ functionem a) *in cauffis politiaë quibuscunque*
potestas, leges politiaë imperii, uti latas, ita futuro tempore fe-
rendas tuendi, atque ita, quibuscunque fieri potest, modis, tam
his, qui in judiciis, tam his, qui extra ea versantur, cæsarea,
qua pollet, auctoritate cavendi, ut legibus atque observantiaë Im-
perii sua constet auctoritas, neque, quod contra fit, ullibi terra-
rum fufcipiatur. Sigillatim vero II.) *quoad reparationem atque*
confervationem viarum publicarum in concludo imperii 5. Nov.
1667. quod supra inferui, Imperator, legum Imperii & vindex
& executor, hujus rei curam in fe fufcepit, ab univerfo imperio
ipfi commendatam. Quæ enim ibi in fine fanciuntur, „daß,
falls die Herrschaften selbst an Vollziehung dessen, was in beeden
Puncten dergestalten geschlossen und verordnet worden, sich feumig
und nachlässig erweisen, und darüber Klagen einkommen würden,
gegen dieselbe durch Mandata s. cl. oder andere schleu-
nige Mittel und Wege, wie auch fiscalische Prozesse,
ohne allen Respect verfabren werden solle,“ ea ab Impera-
tore judiciisque imperii pendere, nemo non videt.

Potest igitur, quicquid ad obtinendum finem huncce saluta-
rem necessarium erit, & ex forma imperii fieri potest, Impera-
tor. III.) *In munitione viarum publicarum instituenda*, cum,
quod

quod sæpe monui, desit lex imperii, non quidem tanta est Imperatoris potestas, ut singulis statibus circularisque eodem, quo reparationem, imperare eam possit: plurimum tamen, ut prospere, præsertim in circularis, succederet laudabile institutum, quamvis suadendi, monendi, excitandi magis auctoritate, quam jubendi potestate, contulerunt Imperatores. Speciatim ex observantia Imperatori in ejusmodi institutis potestas est sæpissime jam exercita, nobilitati immediatæ aliisque immediatis, ut conclusis circuli pareant, atque communem cum circularis causam agant, imperandi. Quid? quod etiam tum, cum pauciores forte ordines circularis, decreta atque instituta munitione circulari, absque sufficienti causa, in singulis casibus constanter contradixerint, haud injuste forsitan, præsertim, cum circulus cæsaream imploraverit auctoritatem, insigniorem quandam potestatem Imperatori tribueris. Certe litteræ istæ patentes 1749. ad stabilienda conclusa circularia emissæ, eæque ab ipso etiam circulo ea, qua par est, reverentia susceptæ, in ipsos etiam ordines circularis fuerunt directæ.

a) Art. VIII. §. I. „Ferner sollen und wollen wir über die Policeyordnungen, wie sie seynd, und noch ferners auf dem Reichstag geschlossen werden, halten.“

§. LXXVIII.

Judiciis imperii sunt, qui omnem fere in his negotiis denegant cognoscendi judicandique potestatem, idque I.) *in territoriali viarum muniendarum instituto* ideo, quod, ne facile causis politiæ territorialis se judicia imperii immisceant, leges imperii a) fanciant, cum, pro temporum ratione, leges politiæ revocandi atque mutandi potestas diserte potius dominis territorialibus iisdem

dem legibus tribuatur. Quod quamvis verum sit, errarit tamen, qui omnem fere in his rebus sublatam putat, potestatem judiciariam. Nimirum A.) allegata lex imperii disertis potius verbis *cognoscendi* de illis rebus facultatem judiciis imperii tribuit, multis tamen limitibus circumscriptam, quorum potior est, ut, quamprimum *ad ipsam politia curam* rem istam, ad se delatam, pertinere viderit iudicium imperii, illico eam rejiciat atque domino territoriali, quænam ferendæ sint politiæ leges, relinquat. Ast B.) nec sublata est, cum vere *de jure quaesito*, licet in causis ad politiam alias spectantibus, controversia sit, *judicandi* potestas: quæ cum ita sint, in decernenda legibusque adornanda viarum publicarum munitione, exercendo jure eminenti, definiendo viæ tractu rel. *per se consideratis* judicandi potestas judiciis imperii omnino nulla erit. Quamprimum autem *de jure quaesito ejusve læsione* v. c. inter dominos territoriales eorumve subditos, inter status vicinos rel. queratur partium alterutra, fundatam equidem ex omni parte putaverim iudiciorum imperii jurisdictionem. Non enim de eo, quod *politia* in ea re est, si propius rem consideremus, sed *de jure quaesito eoque controverso* iudicium est; quæ quidem in controversiis istis illustribus ad consilium imperiale aulicum & recte quidem delatis, maxime conspicua reddi possunt.

II.) In *circulari viarum publicarum munitione*, quæ, quin ad *politiam* circularem, atque ita ad internum, eumque *civilem*, quem leges imperii vocant, *circulorum* statum pertineat, dubium non est, multo major videtur adesse dubitandi ratio, cum, ut in ea *nulla ratione* se immisceant iudicia imperii, diserte sanciat

CAPITULATIO CAESARÆA. b) Eadem autem recurrit responsio. Cum scil. quæstio oritur, utrum instituenda sit viarum publ. in circulo munitio? quænam viæ muniendæ sint? quis concurrentiæ, quam vocant, modus lege circulari statuendus sit? quæ earum ex nexu cum vicinis circulis esse debeat directio?
quæ

quæ ad conservandam viæ munitionem ferendæ sint leges circulares? quis singulorum quadrantium cum circulo nexus sit? & quæ sunt ejus generis alia; judiciis imperii de illis cognoscendi atque judicandi facultas recte negatur omnino omnis. Cum vero de *jure quodam quasito* vel singulis circuli ordinibus, vel ipsi etiam circulo, controversia moveatur, fundatam equidem arbitrer judiciorum imperii jurisdictionem.

a) R. I. N. §. 106.

b) Art. XII. §. 3. 4.

§. LXXIX.

Deinde sunt etiam, quibus jus exigendi calceaticum, tam territoriale, quam circulare, ex nexu cum suprema Germaniæ potestate, circumscriptum video, limites, cum nonnullis ex legibus imperii immunitatem ab ejus præstatione vindicandam esse putaverim. Inter quos *primo* loco nominandi sunt *ordines imperii eorumque legati, in conventibus imperii, tam universalibus, quam particularibus*, sive ad eos demum proficiscantur, sive in illis commorentur, sive denique e loco conventus domum redeant, eorumque decedentium heredes & successores. Nititur hæc ipsa immunitas loco capitulationis cæsareæ. a) Quamvis enim calceatici non expressa ibi mentio fiat, adeo generalibus tamen verbis concepta est legis illius sanctio, ut omnino hanc etiam præstationum publicarum speciem comprehendat. Immunes enim pronunciantur ab omni omnino præstatione publica, quocumque demum nomine insigniatur, &, ut transitus atque reditus ipsis eorumque supellectili, ubique locorum, ab omni præstatione immunitatis sit. expresse sancitur.

Quæcunque vero huic immunitati generatim scriptæ sunt
P 3 leges,

leges, easdem etiam de hac immunitate speciatim intelligendas esse, non est, quod moneam.

a) CAPIT. CÆSAR. ART. VIII. §. 31. „Nachdem auch die Billigkeit erfordert, daß Churfürsten und Stände, und deren Abgeordnete, so sich auf Reichs - Collegial - Deputations - und Kraistagen befinden, oder alldahin verfügen, ihre an den Ort der anberaumten Zusammenkunft abschickende Mobilia und Consumtabilia, als Wein, Bier, Getraide, Vieh und andere Nothdurft, ohne Zoll, Mauth, Aufschlag, oder einig andere dergleichen Entgeld, wie es auch Nahmen haben mag, auf Vorweisung beglaubter — Urkund aller Orten im gesänten Reichs - auch unsern Erblanden ohne Ausnahm paß - und resp. repassirt, zugleich, (wenn jemand von diesen ableibet) deren Erben und Nachfolgern, ingleichen angeregte Mobilien, ohne Zoll, Mauth, Aufschlag, oder anderwartigen Entgeld, zurück und durchgelassen werden Es.

§. LXXX.

Eodem argumento utor, cum *secundo* etiam *personas camerales* a præstatione hujus vectigalis immunes assero. Leges enim imperii a) eos I) non tantum a præstatione *des Ungelds, Dats, Mauth und Zolls*, sed generatim etiam ab *omni* ejusmodi onere immunes eandemque hanc immunitatem II) *ubique locorum* eis salvam volunt. Verba scil. legis generalia: *und aller Beschwörung* sine dubio omnes ejusmodi exactiones publicas. quas ex. gr. sub nominibus, *Accis, Weggeld, Chausseegeld* rel. intelligimus, complectitur, uti hunc locum interpretatus est, quem parentis instar veneramus, MOSERUS. b) Olim quidem non ubique locorum in Germania hac immunitate fruebantur, sed unice in loco, qui Cameræ imperiali hospitium præbet. Ita namque faucium legitur in ord. Cam. 1555. a) Idemque etiam in C. O. C. d) iisdem fere verbis repetitur. Magis autem illis favet,

vet, qui immunitatem hanc in omnem, quæ patet, Germaniam extendit, R. I. Nov. Neque ea soli gaudent cameræ judex, præfides & assessores, sed omnes omnino, qui ad iudicium camerale pertinent, eorumque viduæ, liberi, domesticæ reliqui. Quibus cæterum & hæc immunitas generatim circumscripta est, limites & hoc loco intelligendi, quorum potior est, ut restringatur illa ad res suis ipsorum usibus destinatas, neque ad eas, quibus forte negotiari illis animus foret, extendatur; cum eodem R. I. N. loco, e) omnis negotiatio vere talis prorsus eis interdicatur.

- a) R. I. N. §. 141. „— Daß Kammerrichter, Präsidenten, Beysitzer, Advocaten, Procuratores, Protonotarii, Notarii, Leser, Schreiber, Botten und alle andere zum Kammergericht gehörige Personen, auch der nachgelassenen Wittwen und Kinder, so lange sie — sich — nicht — unter andere Jurisdiction begeben, samt allem ihrem Hausgefinde und Haushaltung, so lange sie in den Schranken ihrer Cameral-Function verbleiben, aller Orten Ungelds, Dats, Mauth, Zoll, und aller Beschwerde — frey seyn, und damit durch Niemand in keinem Wege beschwert, sondern bey solcher Befreyung unbetrübt gelassen und gehandhabt werden sollen.“
- b) In der teutschen Justiz - Verfassung II, Th. IV. B. 7. K. §. 12. S. 588.
- c) I. Th. Tit. 49. §. 1. „Das Cammergericht soll gehalten werden zu Speyer und sollen da selbst (non aller Orten) Kammerrichter — frey seyn.“
- d) I. Th. Tit. 63. pr.
- e) All. §. 141. „— beneben gleichwohl sie die Cammer- Gerichts - Verwandten sich auch keiner Wirthschaft oder Kaufmannschaft gebrauchen sollen.“

§. LXXXI.

Quibus hac in re gaudent Assessores cameræ juribus, iisdem instructos etiam esse *presidem*, *propresidem*, *vicecancellarium* atque *consiliarios consilii imperialis aulici*, expresse loquitur ipsa capitulatio cæsarea. a) Utrum vero & reliquæ personæ illustres hujus tribunalis eodem jure fruantur, vel ideo dubium videtur, quod all. capitulationis cæs. locus eorum mentionem non faciat. At integra tamen eorum res est. Ordinatio enim consilii imper. aul. b) expresse eos omnes immunes pronunciat, „*aller Personal-Aufgaben und Beschwerde*“, sub quibus verbis eandem, quibus camerales gaudent, eo magis intelligendam putem immunitatem, quo certius est, pari favore utriusque tribunalis supremi personas prosequi imperii leges.

a) CAPIT. CAES. ART. XXV. §. 6.

b) Tit. I. §. 8.



Die 4444

ULB Halle
006 305 58X

3



VD 78

m
m
fa
ris
r,
at.
er.
il-
us
a-
ni







15.

36

JOHANNIS AUGUSTI REUSS,
J. U. D. SEREN. WURTEMB. DUCI A CONSILIIIS AULÆ
ET PROF. JURIS PUBL. IN ACADEMIA CAROLINA
PUBL. ORD.

1781

COMMENTATIO
JURIS PUBLICI
DE
MUNITIONE
VIARUM PUBLICARUM

(vulgo: Chaufféebau)

TAM TERRITORIALI, QUAM CIRCULARI.

P 1381



Re 4444



TUBINGÆ,
APUD JOHANN GEORG COTTA,
MDCCLXXXII.

